recipere ipas. Ex ſilibus enim acti-
bus fiunt ſimiles habitus. vnde pro
ſper in li. epigram. nos hortatur di-
cens. Ad patriam vite de noctis vel-
le vocati virtutū gradibus ſcandite
lucis iter. Omnis virtutū ſemꝑ ſub-
ſtantia ſalua eſt. Intuitus xp̄i mune
ra nemo rapit. Ruſſus gaufreduſ in
ſua poetria noua ſectemur inquit ho
neſta ⁊ mala vitemus: qꝛ virtus op-
tima rerum peſſima res vitium nihꝪ
eque pniciosum. Et iuuena. li. iij. ſaty
ra pͥma. Nobilitas ſola eſt atqꝫ vni-
ca virtus. Quis ergo virtuoſus fieri
nō deſiderabit. Nam teſte maximia
no fuluo: virtus precioſior eſt auro:
nec putreſcit ſed in aduerſis creſcit:
vt inquit lactan. li. iij. Si ergo virtu
tis amator eſſe cupis: attende quoni
am virtus nihil aliud eſt niſi exēplar
honeſti: vt inquit lactā. li. ix. Nempe
virtus ridet in aduerſis. Studeat ſer
go vnuſquiſqꝫ in virtutibus abunda
re: vt ī ſe habeat: quod in alijs amat
ꝓut ex ꝓuerbijs ſapientum edocet
virtus enim ad beatā vitaꝫ perducit
vnde tul. li. i. de legibus. virtus inqͣt
eſt perfecta rō que certe in natura eſt
itaqꝫ nihil ꝓſtabilius hac natura pe-
tit: qꝛ conſtat nos ad iuſticiam eē na
tos. virtus enim oīum animos natu
ra ſui cōmouet. inquit tulli. ij. de offi.
Reuera multomagis ⁊ ſm̄ naturam
cōmunitas iuſticia ⁊ libertas qꝫ cu-
piditas aut voluptas. nihil enīꝫ tam

ſm̄ naturaꝫ eſt qꝫ humanitas. Hec
tul. iij. de offi. Si ergo laudabile eſt
naturā imitari: nunquid virtutes ha
bere deſiderandū eſt. Idem tul. li. ꝺ
ami. Illos viros bonos appellandū
putemus qui aſſequunt̄ qꝫtum ho-
mines pn̄t naturam optimā bene vi-
uendi ducem. quintil. li. i. de oratoria
inſtitutione. Omnia que ars cōſum
mauerit certū eſt a natura initia du-
xiſſe. Nobis igitur ad virtutes ſunt
quedam ſemina nature cōceſſa etiā
anteqꝫ doceamur. Si enī in virtuti-
bus foret anxietas: ⁊ criminibus ſo-
lum inſiſtere delectabile eſſet: fortaſ-
ſis virtuoſe viuere penoſum fieret: et
bene agendi excuſatio preberet̄. ſed
in virtutibus gaudium ꝑfectum ha-
betur ⁊ homo ex cōditione ſue natu-
re ad honeſta ducit̄: nullatenus er-
go excuſatur. ſene. ad luci. habet hoc
optimuꝫ in ſe generoſus animus qꝫ
cōcitatur ad honeſta magnarum re
rum ſpes ad ſe vocat ⁊ attollit doci-
leſqꝫ natura nos edidit ⁊ rōnem de-
dit impꝑfectam: que tm̄ virtutibus per
fici poſſꝫ. hec ſene. epl'a. lxxxviij. Rur
ſus ſi virtuoſum fieri coactionis opꝰ
eſſet: laudabile bonū fortaſſis nō vi-
deretur. Nullus enim laudabilis eſt
in eo quod vitare nequit cum vellet.
Sed ꝓculdubio opera virtutum li-
bere fiunt nutuqꝫ ſpontaneo coaſſu
muntur: vt ponit didimus in epiſto-
la ad alexandrū. Nullum inquit vir-
tutis iudicium eſt quod vitari non

poſſit. nam ad bene viuendum libe-
ro incitamur arbitrio. ſed plurimi vir-
tutes opinanť graues: qꝛ bene viue-
re nolunt. ſed queſo vt hij ſaltem do-
leant eo ꝙ bona voluntate carent.
Si enim boni fieri cuperent: virtuti-
bus faciliter inſiſterent. nulla enī taz
facilis res quin difficilis ſit quam in-
uitus facias: inquit terentius. Utinā
igitur huiuſmodi libenti animo bo-
na deſiderarent. Utinam ſaltez ma-
la que facere nequeunt nō appeterēt
iuxta illud teren. poete. Quādoqui-
dem id nō potes facere quod vis: id
velis quod poſſis. itaqꝫ mala que cu-
pis explere ſi nō vales: bona tunc fa-
cias que peragere potes. Sed aliq̄
dicunt ad plurima opera vitiorū ſe
cogi. qui ſi verum dicant ſtulti repu-
tandi ſunt: qꝛ teſte tul. de paradox.
Soli ſapienti conuenit vt nihil faci-
at inuitus nihil dolēs nihil coactus.
Unde ſtoici dixerunt ea ſola volun-
tatē deſiderare que ratiōabilia ſunt.
vnde ⁊ in ſolo ſapiente voluntatem
eſſe dixerunt: vt refert tul. in tuſcula.
q̄ōnibus. li. iiij. Si ergo eſt in ſtultis
libido initiata aut cupiditas effrena-
ta nō voluntas eſt rōnalis ſed appe-
titus eſt brutalis: qꝛ voluntas rōne
dirigiť ⁊ appetitus ſenſualitate de-
cipitur. O vtinam qui mali ſunt: ſal-
tem boni fieri cupiant. nam magna
pars bonitatis eſt velle fieri bonum
vt inquit ſeneca ad lucil. ep̄la. xxxiiij.
Si aūt dicas hoc velle nō poſſe: au-
di tulli. li. de fato. motus inquit. Uo-
luntarius eam naturā continet in ſe:
vt ſit in noſtra p̄tāte nobiſcꝫ pareat.
nā oē honeſtum voluntarium eſt. nō
enim honeſtuz eſſe poteſt quod non
eſt liberū: vt inquit ſene. ad lucil. ep̄la
lxvi. Sed proh dolor plures nec be-
ne agunt: nec quod magis dolendū
eſt emendari volūnt. Uerūtamē ma-
gna pars profectus eſt velle profice-
re inquit ſeneca ep̄la. ij. Nunquid er-
go laudabile foret ſi que deo placēt
homo ſolum velit. vnde ſeneca ad lu-
cil. ep̄la. lxxiiij. placeat homini quic-
quid deo placet. ſed multis hoc gra-
ue eſt: nec de facili poſſet eorum im-
pietas reuocari qꝛ teſte quintil. li. iiij.
de oratoria inſtitutione nihil facile ꝑ-
ſuadetur inuitis. Si quis etiam ali-
quid inuitus agat: laudem non pro-
meretur. vnde narrante valerio lib.
ſecūdo. Si quis olim bona inuitus
fundebat pro republica: maior laus
dabatur exigenti q̄ preſtanti. Ex in-
uito enim opere laudem nullus re-
portat. nec tamen hij laude priuan-
tur qui bonum quod cupiunt. facere
nequeunt. Unde ouidius de ponto
Sponte ſua probitas officiumqꝫ iu-
uat ſi deſinit vires. tamen eſt laudā-
da voluntas. Rurſus ⁊ inter eos qui
bene agunt. hij laudabiliores qui bo-
na faciunt amore q̄ timore. Qui
etiam mala pretermittunt charita-
te pluſquam qui formidine. Singu-
lis tamē licet non equalis laus dať.

De quibus orati. in epiſtolis. Ode-
runt peccare boni virtutis amore. o-
derunt peccare mali formidine pene
qui mali etiam quandoqꝫ mala di-
mittunt eo ꝙ ipa facere non poſſunt
Unde maximianus. Amplecti mun
dum quorūdam vota laborant: ſed
votis obſtat verbere trita caro. Naꝫ
nos a vitijs mūdanis ſepe retardat.
Corporis anxietas damna flagella
fames. De talibus enim fatendum
apparet ꝙ peccata non deſerunt: ſꝫ
potius a peccatis deſeruntur: quia ſi
ſponte deſererent nulla mutatione
facta ꝗtum ad labores ipſorum eo
pacto mererentur quo demererentur
Diſcat ergo ſapiens virtutes acqui-
rere quas natura petit: quibus etiaꝫ
totus perficitur homo.

Ca. iij. quō virtutes non querunt
mercedem temporalem.

Virtus non ita perfice
ret ſi ex ſua conditiōe
ſeruilem homineꝫ red
deret: aut ſi tempora-
lis fructus mercedem
dūtaxat conqueſtaret. Sunt igitur
virtutes propter ſe diligende. ſic ta-
men vt ꝑpter aliud creatum nō que
rantur: ſed increato bono ſoli referā-
tur. vnde ſene. li. i. de clemētia. Rōne
factorum. i. operum virtuoſorum ve
rus fructus in ipſis eſt: nec vllum ꝓ-
cium virtutū dignuꝫ illis extra ipas
eſt quod ꝺ precio creato accipiendū
eſt. Idem ſene. iiij. de benefi. rerū ho-
neſtarum preciū in ipis eſt. vnde pli-
nius in epl'a ad cautuliū. Magnitu
do animi nihil ad oſtentationem ſed
oīa ad ꝯſciam refert recteqꝫ facti nō
ex populi ſermone mercedē ſed ex fa
cto petit. Illi igit̄ virtutes fortaſſis
nō habent qui ex opibus mercedem
tpalem expectant. vñ tul. in dialogo
ad hortenſiū. Nulla quidē virtus eē
pōt niſi gratuita ſit. Naꝫ ſi mercede
aliqua ad officiū impellit̄ nō eſt vir-
tus ſed fallax quedam imitatio ac ſi
mulatio virtutis. Tul. idem li. i. de le
gibus. Idpſum ꝗꝫ iuſtiſſimuꝫ eſt iu
ſticie mercedē non querere. Et clau-
dianus in maiori. Perdurat nō em-
pta fides nec pectora merces alligat
ipa quidē virtus ꝓciuꝫ ſibi ſolaqꝫ la
te fortune ſecura nitet: nec faſtibus
vllis erigit̄ plauſu nec vult clareſce-
re vulgi nō querit preciū vitā qui de-
bet amori gaudia premiſſi cumulāt
in opina dolores. Prochdolor igit̄
multorum opera ſuſpitione non ca-
rent qui bene agere ſecreto non cu-
rant: ſed palam ideo bonum faciunt
vt laude fruantur publica. fortuna-
qꝫ mundi preferunt virtuti. Unde
ouidius de ponto. Et cum fortuna
ſtatqꝫ caditqꝫ fides. Nec facile inue
nies multis in milibus vnū. Uirtutē
preciū qui putet eſſe ſui. Ipſe decor-
recti facti ſi premia deſint. Non mo-
uet et gratis penitet eſſe probum.

Nil niſi quod prodeſt carum eſt. en detrahe menti. Spē fructus auide: nemo petēdus erit. ⁊ ſubdit. Sponte ſua probitas officiuq; iuuat. Iudice te mercede caret perſeq; petenda eſt. Exterius virtus incōmitata bonis. Nunquid ergo deteſtabile ē: ſi quis ea faciat que virtuoſa viderētur: ⁊ ex deſiderio premij tēporalis operū ſuorum fructum ꝑdit. Dolendum eſt enim: qꝛ nullus virtutē complectitur p̄mia ſi tollas: vt inquit iuuenalis li. iiij. Nihilominus tamē virtus debet fortune preeſſe: nec eſt appetenda virtus: vt fortune munera ſuccedant. Tullius in rheto. ij. ſola īquit virtus in ſua ptāte eſt: omniaq; ꝑter eā ſub fortune ſubiecta ſunt dominatione. Nam virtutis diuitie pediſſeq; ſunt. illeq; liber eſtimandus eſt qui nulli turpitudini ſeruit. Si ergo omnes cupiunt hoīes liberi fore: cur virtutibus abiectis diuitias ſeruiles preferunt. Sic enim agere maxima inſipientia eſt: qꝛ teſte tul. de paradox. Omnis ſapiens liber oīs ſtultus ſeruus. Quid eſt enī libertas niſi ptās viuendi vt velis. Quis igitur viuit vt vult niſi qui recta ſequit qui gaudet officio cui viuendi via ꝯſiderata atq; ꝓuiſa eſt: qui legibus quidem nō ꝓpter metum paret ſꝫ ſponte eas ſequit atq; colit qd ſalutare maxime eſſe iudicat ꝗ̄ nihil dicit nihꝭ facit: nihil deniq; cogitat niſi libenter ac libere. Cuius oīa cōſilia reſq; omnes quas gerit ab ipſo proficiſcūtur eodēq; referunt. Soli igit hoc contigit ſapienti vt nihil faciat inuitus nihil dolens nihil coactus. Si enim ſeruitus ſit ſicut eſt obedientia fracti animi atq; abiecti ⁊ carentis ſuo arbitrio: quis neget oēs leues hoīes omnes cupidos omnes deniq; improbos ſeruos eſſe. An nihil ille liber videt: cui mulier imperat: cui leges imponit cui preſcribit iubet et vetat quod ei videt: nec ille imperāti aliquid negare poteſt nihil audet recuſare. Ego vero inquit tull. iſtum nō modo ſeruū ſꝫ nequiſſimū ſeruū appellandū puto: etiā ſi in ampliſſima familia natus ſit. Omnis enim animi debilitas ⁊ humilis ⁊ fracta timiditas ſeruit9 eſt. hec ille. Que igit reſtat gloria amaſijs veneris ꝗ̄ tunc maxime famulant etiā fediſſime turpitudini: qn̄ eoꝝ iudicio maxime gloriant. itaq; ſenſus eoꝝ ita habeatur vt ignominiā glām credant ⁊ ſeruitutem principatū. hij etenī ſuomet vitio miſeri fiunt: qꝛ teſte ſene: epiſtola lxxxvij. Nemo niſi ſuo vitio miſer eſt Si igitur cupis liber fieri vitia euita. Nam liber ⁊ guloſus eſſe nō potes inquit martialis cocus. Et ſubdit contentuſq; tua ſi potes eſſe toga. liberius vtiq; regere viuere potes. Vereantur ergo diuites ſeculi huius qui ſe putant liberos: ⁊ maxime ſubſeruiunt non quidem deo nec hominibus: ſed nūmis ⁊ pecudibus

ſuorumq; aratorum ⁊ familiarum
curam gerunt tanta ſollicitudine: vt
quietē pdant. nec tñ ſana ſollicitudo
reprobāda eſt; ſʒ illa quā cupiditas
infert: que vtiq; hominē ſeruilez red
dit. Unde ſeneca in thieſte. Neſcitis
quo regnum cupidi iaceat loco; regē
non faciunt opes nō veſtis tyrie co-
lor non auro nitide trades. Rex eſt q̄
ambitio vulgiq; fauor non mouet:
qui eſt in tuto poſitus loco ⁊ omnia
infra ſe videt. Et claudia. in maiori
Si metuis ſi praua cupis ſi ducerꝭ
ira ſeruitij patiere iugū: tolerabis in
quas interius leges. Et ſubdit tunc
omnia iure tenebis cum poteris rex
eſſe tui. Nam illi ſoli liberi ſunt qui ſi
bi ipſis dominantur. Quid ergo ho-
minibus prodeſt moleſtiarum cau-
ſas aceruare. Hoc enim faciunt qui
delictorū occaſiones laboribus que
runt; nunc feminarum imitando col-
legia: nunc pomparum aſſumendo
faſtigia nunc honorum cupiendo en
cenia. Hec enim omnia ruinoſa ⁊ la-
bilia ſunt libertatem auferunt ⁊ cri-
minum morbos ampliant: ſeruitu-
tem aggrauant: ⁊ ab omni bono re-
tardant opere penam inferunt. Naʒ
cernimus diuites eo fieri ad bonum
tepidiores: quo fiunt ditiores. Un-
de proſper in libro epigram. Quid
iuuat in longum cauſas producere
morbi. Cur dubium expectat cras
hodierna ſalus. Scimus correctis
veniam non eſſe negandam. Sed
nulli noſtrum eſt vltima nota dies.
Libertas nulla eſt maior; maior ve
poteſtas. Quam ſeruire deo: cui be-
ne ſeruit amor. Abſq; iugo poſita ē
ditionis amica voluntas. que viget
affectu non gemit imperio. Et gau-
fridus in poema. nona. Liber eſt a
vitijs qui non inſeruit: abundans cui
ſatis eſt quod habet; pauper eſt qui
plus cupit. Ecce ergo patet virtutē
ſeruilem non eſſe: nec mundi ſperare
premia: que premia nō niſi bonis de
ficiunt. Unde eunodius. Semper
enim ſtudijs merces reſecatur hone
ſtis. Qui vult ergo fieri liber virtu-
tum querat ornatum mundanis a ſe
abiectis.

Ca. quartum quomodo virtus
conſiſtit in medio.

Quoniam in medio tā-
quā in centro boni cō-
ſiſtit virtus effectus
ergo virtutis eſt medi
um tenere; ⁊ ad extre-
ma non verti. vnde Oratius libro
epiſtolarum. Uirtus eſt medium vi
tiorum vtrumq; redactum: quia ſci-
licet virtus recedit ab omnibus vi-
tijs. Et ſeneca epiſtola. lxvi. Omnis
virtus in medio eſt. Illi igit̄ virtuo-
ſi non ſunt qui extrema querunt. Nā
⁊ bona quedam faciunt ſed non be-
ne: quia quod nimium eſt aſſumunt.
Nempe ieiunare bonum: ſed nimis
ieiunare virtus non eſt. Uirtus eniʒ

ſemper medium querit. In prouer. ſapientum dicitur ꝙ bonarum reruꝫ nimia conſuetudo peſſima eſt. Omne enim quod eſt nimium vertitur in vitium. Sed miraris quomodo in bonis poſſit eſſe nimietas. Nam ſi nimietas fuerit iam res bona nō eſt. Attende queſo quia res multe bone ſunt ex fama ⁊ ex ſe ſed foꝛtaſſis in te bone nō ſunt: eo ꝙ a te bene nō fiunt Quis enim foꝛmidat penitentiam non eſſe bonam. ſi tamen indiſcrete eam feceris; in te bona non eſt. Itaꝙ penitentia ex ſe hominem perficit ſed homo inſipiens per eam nō ſemper perficitur. Sic enim experimur ꝙ ventus ſuauis nutrit ignem ſꝫ exceſſiuus extinguit. vnde Ouidius ſecundo de reme. Uento nutritur vento reſtringitur ignis. leuis alit flammas: grandioꝛ aura necat. Eapropter ouidius ſecundo metha. Medio tutiſſimus ibis. Et maxi. maioꝛ enim medijs gratia rebus adeſt. Et gaufridus in poetria noua. In omnibus vna eſt virtus ſeruare moduꝫ iuxta illud prouerbioꝝ̄ commune. Omnibus adde modum: modus eſt pulcherima virtus. Sapiens igitur virtutes acquirat vt medium ⁊ modum in omnibus teneat: qꝛ teſte ꝯoꝛatios in libꝛo ſermonū. Eſt modus in rebus ſunt certi denicꝫ fines: quos vltra citraꝗ nequit conſiſtere rectū vnde Ariſtote. libꝛo p̄mo ethimologiarum oſtendit ꝙ virtus tollit ſuꝑfluū ⁊ tenet mediū itaqꝫ liberalitas eſt medium inter auaritiam ⁊ pꝛodigalitatem. Sed foꝛtaſſis queris an inter vitia aliquod medium ſit quod ſi fuerit virtus eſſe putabitur. Hic vtiqꝫ dices omne peccatum foꝛe extremum: licet alteruꝫ altero ſit extremius. virtus autem mediat: qꝛ peccata vndiqꝫ repudiat. Nam omnia cupere vitiuꝫ eſt: omnia indebite erogare ſtulticia eſt. quod autem congruit tenere ⁊ quod licet hylariter diſtribuere liberalitas eſt. mediū ergo in omnibus ſapiens teneat. Unde omerus. virtutem immitte furoꝛi et furoꝛem virtute erige. Uerum plurimi mediuꝫ tenere neſciunt. vnumqꝫ vitium extremuꝫ vitare volentes: in aliud extremum incidunt. Nam plurimos vidi tanta temeritate ſuperbos: vt ceteros aſpernerentur. ⁊ rurſus dephenſi aut pꝛopꝛia imaginatione ducti ita ſe ꝯſtituebant vt potius abiecti ꝙ̄ humiles viderentur: eoꝛumqꝫ humiliatio locuꝫ nō habebat. Alios vidi furioſos: vbi tn̄ occaſio nō mouebat. Et rurſus beniuoli ⁊ taciturni videbant̄: vbi tn̄ dep̄henſionis ſtimulus nō aderat. De talibꝰ oꝛa. li. ſermo. ait. Dū ſtulti vitāt vitia in ꝯ̄ria currūt. oībus hoc vitiū ē cantoꝛibus int̄ amicos vt nunꝙ̄ īducāt aīm cātare rogati. ⁊ idē oꝛa. in ep̄l'is Alter in obſequium plus equo pꝛonus: ⁊ alter rixatur de lana ſepe capꝛina. Si ergo q̄ris ꝟtutes habere

medium queras quod pluribus tene
re difficile eſt: ſignant quãdo triſtia
occurrũt. Unde teſte ariſto. iiij. ethi-
co. Mollicies inquit eſt fugere la-
borioſa. Difficili⁹ tñ eſt triſtia ſuffer-
re ꝙ a delectationibus retinere. ita-
qꝫ difficilis eſt quando inuentio me-
dij quando ſcꝫ grauis imminet an-
xietas. Reperibile tamẽ eſt medium
ſi aſſit bona voluntas. Verũqꝫ vir-
tus eſt circa difficile; peccare aũt fa-
cilimum eſt; nec miruꝫ qꝛ cadere poſ-
ſunt qui ſunt impotentes. reſurgere
aũt nequeunt. peccare enĩ deficere et
cadere eſt: ſed virtuoſe viuere poten
tia eſt. Unde ſeneca de naturali. que
ſtio. li. vij. Difficilis inuentu eſt vͦtus
dux ducem rectorẽqꝫ deſiderat ſed
ſine magiſtro vitia diſcuntur. Unde
oui. de arte. li. ij. Nulla niſi ardua vir-
tus. Idẽ oui. de põto tẽdit in ardua
virtus. itaqꝫ virtus in arduis ⁊ neceſ-
ſarijs ꝓbatur in quibus homo perfi
citur. Unde proſper in epigrã. Am-
plis incedit ſpatijs terrena volup-
tas. Auguſto virtus limite celſa pe-
tit: qꝛ ſcilicet vie oblique ſunt multe
ſed via recta ⁊ vna que petit celſa ſcꝫ
diuina; que via ad tenendũ difficilis
eſt: niſi homo gratia dei roboretur;
qꝛ teſte patronio. nihil eſt tam ardu-
um quod improbitas nõ extorque-
at. Uirtutum ergo via difficilis eſt:
ſed recta atqꝫ in omnibus media.

Ca. quintuꝫ. quomodo mens na
turaliter reſpuit vitia.

Si peccare a lege diui-
na aut humana aut a-
lia quis ꝓhibitum nõ
eſſet; adhuc peccata
humane diſplicerent
menti nõ corrupte per que ipa mens
laceratur ⁊ cõcutitur. Unde quinti-
lia. de oratoria inſtitutione. li. viij. ni-
hil eſt inquit taꝫ occupatũ tam mul-
tiforme tam varijs affectibus conci
ſum atqꝫ laceratũ ſicut mala mens.
Nam ⁊ cũ inſidiat᷑ vt malũ agat la-
bore cõſtringitur ⁊ cũ ſceleribus in-
tendit tũc ſollicitudine penarũqꝫ ex-
pectatione torqueret᷑. Igitur pecca
re ſi penoſum eſt nunc ⁊ imposteruꝫ
cur mens humana tãto deſiderio ſtu
det ea facere quibus anxiat᷑. Reuera
hoc facit animus eger q̇ cupere non
deſinit; vt ponit tullius in tuſcu. que-
ſtio. li. iij. Sed peccator diceret ꝙ re
rum occaſione peccat vt fortaſſis: qꝛ
diuitie animũ eius alliciunt. Reuera
ſic dicens friuole ſe excuſat. Unde ſe
neca epla. xvij. Nõ eſt inquit in reb⁹
vitium ſed in ipo animo. Et illud qᵭ
paupertatẽ nobis grauem facit. di-
uitias etiam graues facere põt qua
ſi dicat ꝙ ab animo procedit omne
vitium ⁊ tedium. Et ſubdit quemad
modum nihil differt vtrum egruꝫ in
lecto ligneo; aut aureo colloces. quo
cunqꝫ enim tranſtuleris eũ morbum
ſuũ ſecum traſfert: ſic nihil refert vtrꝫ
eger animus in diuitijs aut in paup-
tate ponat᷑. Maluꝫ enim ſuũ vbiqꝫ

ſequitur. Idem epiſtola. xxvij. Si vis oia tibi ſubijcere te ſubice rationi. Multos eniꝫ reges ſi te illa rexerit τ ab illa diſces: quēadmodum et quid agere debeas. hec ille. Fateat igitur peccator nō a rebus peccatuꝫ ſuum ꝓcedere ſed a corrupto animo ſuo: qui animus de peccato in peccatum cadit. In peccatis tamē nunꝙ requieſcit. in ſola enim virtute quies eſt. vnde tul. li. iij. de natura deorum verſutos eos appello quoꝝ celeriter mens verſatur cuiuſmodi ſunt peccatores quorū mens inquieta eſt. O ꝙ turpe ſpectaculum animus eger: vt ponitur in prouer. ſapientū. Et reuera ſpectaculum deforme eſt: quādo animus a quo vires ꝓcedere habēt hominem totū in ruinam ponit. De tali animo ſeu mente loquit ouidius li. de triſtibus. Omnes ꝑuerſas poſſunt corrumpere mētes. ſunt tamen illa ſuis oia tuta locis. Tanꝙ diceret ꝙ non a rebus ſed ab ipſo animo corrupto peccata diriuant. O vtinā animus peccantis virtutes adamare diſponeret. Utinā ſi peccator deū diligere negligit ſaltē ſe diligat ſuāqꝫ pacē q̄rat. Attēda. n. pacē in peccatis nō hri. vn̄ ꝓſper in li. epi. Fallaces curis ſemꝑ torquent amaris. τ mala mens nunꝙ gaudia pacis hꝫ Et tibullus li. iij. Sollicitant pectus facta nefanda rerum. vnde ouidius ꝑmo ſine titulo. multa miſer timeo: qꝛ feci multa proterue. Exempliqꝫ metu terreor ipſe mei. τ oratius li. ij. O ꝙ ꝑinania currit mēs ignara boni. τ perſius. O curue in terris anime τ celeſtium inanes quaſi diceret ꝙ anime curue ſcꝫ male ſunt inanes τ inaniter celeſtis ſedes ꝑmittit eis Sapiens igitur peccata reſpuat q̄ mentem aſſigunt τ virtutibus intendat quibus preſtantibus requies hic datur τ eterna pax procurat. valeri⁹ li. ix. Quid vitijs fedius: quid etiam dānoſius: quibus virtus atteritur victorie langueſcūt ſopita gloria in infamiam cōuertitur: animiqꝫ pariter τ corporis vires expugnant. vn̄ boetius de cōſo. li. iiij. Qui inquit virtute deſerta homo eſſe deſinit cū in diuinam cōditionem tranſire nō poſſit vertitur in beluam ſcꝫ in beſtiā. Cū igitur quilibet dicat hominē ſe velle fore: cur per delicta facit homo vt beſtie cōparetur. Nam τ yo luxuriata in vaccam ꝯuerſa fingitur ab ouidio li. i. methamor. Abſcedant igit vitia inimica virtuti humaneqꝫ cōditioni. Sepius enim vitia vident amicari: ſed obſunt eaqꝫ immerito cōmendamus. Nam ſuperbos ſepe honorabiles dicimus iracundos animoſos auaros prouidos. Itaqꝫ ſub pelle vulpina pctā nos inuadunt τ quaſi virtutes eſſent: ita nobis ſuo apparatu applaudunt. tul. in ꝑma rheto. Unicuiqꝫ virtuti vitiū reperitur vicinum ſcꝫ apparatu. ſꝫ eſt reuera contrarium. ſic enī ꝓ audacia famat ꝑ-

tinatia ꝛ̕ ꝓ religione ſupſtitio. Sed nihilominus virtuti vitiuꝫ ꝯtrariatˀ lꝫ apud vulgos ꝓ vitio virtus capiatur. Hec tñ virtutis ꝯditio eſt vitia expellere. vitijs quoqꝫ repelluntˀ virtutes. vnde lactan. lib. de vero cultu Porro ſi virtutes inferas vitia ſponte decident ſi vitia eximas virtutes vltro ſubibunt. ſic.n. hĩ bonoꝝ ꝛ malorum cõſtituta eſt natura vt ſe ſemꝑ expellant. Hoc tñ peccatoꝝ expulſioni maxime obijcitˀ: qꝛ ſcꝫ plurimi peccata quedã etiã grauia nõ deteſtantur. nã ſuas libidines ꝛ crapulaſ dogmatiſantˀ. Verũtamẽ teſte aug. iiij. de ci. Illi pħi qui veritati ꝓpius acceſſerunt: irã atqꝫ libidinẽ vitioſas animi partes eẽ cõfeſſi ſunt. Cur ergo ſcelerati quidẽ ex delictis nõ verentur. Cur veritate audita nõ ꝯuertuntur. Obſcurata eſt enĩ mens eoꝝ veritatẽqꝫ ſi audiunt: eius tñ lumen nõ ꝯcipiunt. Boe. i. de ꝯſola. Nubibus atris cõdita nullũ fundere pñt ſydera lumẽ: quaſi diceret qꝫ quẽadmodum nubes lumẽ nõ accipiũt: ſic mentes vitijs obſcurate veritatis lumine ſe nõ corrigunt. O vtinã hij formidarent tp̄a mortis vite caſum geniture turpitudinẽ. His enĩ ꝯſideratis vir ſapiens reuocabit animũ ſuũ peccare qꝫ timebit ꝛ virtutibus intẽdet. vnde ꝓſper li. epigrã. Scire volens in qua ſis rerum pte locandus. Diſcute q̇d timeas q̇d ve ſit q̇d amaſ Naꝫ cuncti gemino naſcuntˀ fomite motus. Reſpondentqꝫ ſuis germina ꝑncipijs q̄ verba nil aliud ſonãt niſi qꝫ ſapiens diſponere volẽs q̇d ſit facturus reſpicere hꝫ quid amat ꝛ q̇d timet. ex hijs duobus fomitibus oẽ opus manat opaqꝫ ſuis iungũtˀ ꝑncipijs: qꝛ q̄lis fuerit timoꝛ aut amoꝛ tale opus erit. Qui igitur recte viuere cupit timeat q̇ꝺ timendũ eſt: et amet q̇ꝺ amandũ. Nam deus eſt q̄ pꝛe ceteris eſt amandus pariter ꝛ timendus. nã timendus qꝛ iudex amãdus vtiqꝫ: qꝛ beneficioꝝ oĩum collatoꝛ eſt ip̄e qui p̄ſtitit aĩm vt rõne vtamur pfecta. O qꝫ igitur vile ſi pecudibus aſſimilemur: ſi oĩ virtute careamus. vnde tul. li. ij. de paradox. Tu cũ tibi ſiue deus ſiue mater vt ita dicam rerũ oĩum natura dederit aĩum quo nihil eſt p̄ſtantius neqꝫ diuiniuſ ſic teipm abijcies atqꝫ ꝓſternes: vt nihil inter te ꝛ q̇drupedes putes intereſſe. Idem tul. in philippicis. Eo inquit q̄ maioꝛ ẽ vis animi qꝫ coꝛpis eo grauioꝛa ſunt mala q̄ aĩo cõcipiũtur qꝫ que coꝛpe ferũtˀ. Miſer ẽ igitur qui pctm̃ ꝯcipit q̇ꝺ facere nequit lꝫ ſit vterqꝫ miſer. Sꝫ vñ cecitas tãta vt ſit hõ ita euerſus vt etiã ſue creationis nõ reminiſcatˀ: ſeqꝫ rõnalem ope nõ oſtendat. Hec enĩ facit dilectio ceca claudia. in maioꝛi. Heu qꝫ cecus ineſt vitijs amoꝛ. qui amoꝛ ſcelera ꝯcreat ꝛ pꝛocreata cũ fuerit in maioꝛa tandẽ cõmutat ineptiſqꝫ deſiderijs coꝛpus ꝛ animã pariter moꝛ

tificat.ſene.epiſtola.liij.In hijs quo
ꝙ morbis quibus afficiuntur animi
ꝙto quis peius habet tantominus
ſentit.nam quodlibet vitium ſuũ pre
mium etiã placitũ afferre videt᷑.nam
auaritia pecuniam ꝓmittit luxuria
voluptatem:am bitio pompam.ita⸗
ꝗ vitia peccatorem ſua mercede ex
ſecant:vt tãgit idem ſeneca epiſtola
lxix.His ergo perſuaſionibus cõclu
ditur vitia fore deſerenda.Unde ma
theus li.de thobia. Eſt grauis meri
tum pena ꝙ̃ pena necari. In cruce
credo min⁹ ꝙ̃ meruiſſe crucẽ. Quid
ergo dicturi ſunt ſeculi amatores q̇
de peccatis puniri nõ timent:deum
ꝗ ipõs videre fortaſſis nõ putant.
ſene.li.de moribus. Nihil intereſt q̊
animo facias quod vitioſum eſt fe⸗
ciſſe.quinĩmo ⁊ ſi deus atq̧ ꝓximus
malũ nõ viderent minime tñ facien⸗
dum eſſet.vnde tul.li.iij.de offi. Cer
te inquit ſi oẽs deos homineſq̧ cela
re poſſemus.nihil tñ iniuſte vł libidi
noſe faciendũ eſt.quinĩmo vir bonuſ
nõ ſolum nõ facere:ſed nec cogitare
quidem audebit quod nõ audeat p̃⸗
dicare. Ex quibus patet vitijs ſpre⸗
tis virtutibus eſſe inſudanduʒ:vt ſa⸗
na poſcit natura.

Ca.ſextum de honeſtate vite in⸗
tus ⁊ deforis.

Viri virtuoſi cum non
ſint hipocrite interius
exterius virtuoſi eſſe
debent. Interius cum
deus videat. Exterius vt proximuʒ
inſtruant.ſeneca epl̃a.x. Sic viue cũ
hoĩbus tanꝗ̃ deus videat ſic loque
re cum deo tanꝗ̃ homines audiant:
⁊ epi.xxix. Multo magis tibi expe⸗
dit noſſe qualis tibi videaris ꝙ̃ qua⸗
lis alijs.iuxta illud cathonis. Plus
alijs de te ꝙ̃ tu tibi credere noli. Il⸗
los igitur virtuoſos eſſe dubitamus
quibus bene viuere tedium eſt niſi
laudes ab hominibus impendantur
eis. Utinam attenderent illud ſene⸗
ce epiſtola.xli. Sacer inquit ſpirit⁹
inter nos ſedet malorum bonorum
q̧ noſtrorũ obſeruator ⁊ cuſtos.hic
prout a nobis tractatus eſt ita nos
tractat. Si eniʒ bene egeris tibi ſuf
ficiat cõſcientie tue teſtimonium:qꝛ
nõ eſt bene agendum vt de te loquã
tur homines:ſʒ vt ipẽ tecum loquarꝭ
inquit ſene. epl̃a.lxxviij. Nempe mi⸗
ſer es ſi ↄſcientie tue cõtemnis teſti⸗
monium.ibidẽ epl̃a.xliij. Sed mul⸗
ti coraʒ hoĩbus parent ⁊ ſolitarij de
um pretermittũt:qꝛ virtus in eis nõ
eſt.cum tamẽ ſeneca vbi ſupra epl̃a
lxxxiij.dicat:ſic certe viuendũ eſt tan
ꝙ̃ in ↄſpectu alicui⁹ viuamus. Quid
enim obeſt ab homine aliquid eẽ ſe⸗
cretum. Sufficit enim ꝙ deo nihil
clauſum eſt:coram ergo illo bene a⸗
gere ſufficit:quia coram illo cum a⸗
gimus:tunc ſumus coraʒ iudice om
nia cernente:vt tangit boetius quin
to de conſolatione. Sed plurimi
famam. Pauci vero conſcientiam

verentur:vt habetur ex ꝓuerbijs ſa
pientū.vñ tibul.li.i.Nec tibi celandi
ſpes ſit peccare parāti.Eſt deus oc
cultos qui vetat eſſe dolos.ouidius
primo de arte.Innocue ſemꝑ viuite
numen adeſt.Hec aūt oīa adducta
ideo ſunt:q2 vir virtuoſus gloriaꝫ ex
oꝑe nō querit ſed deū petit in iudicē
⁊ ſeipm̄ in teſtem nō corā hoībus ſꝫ
coram deo q̇ teſtimonia nouit.Eru
beſcat ergo homo etiā ſolitari⁹ pec-
care p̄ſumens:q2 ⁊ ſi deū non timeat
ſaltem ſue ꝯſcie teſtimonio erubeſ-
cat.ſene.li.de moribus.Nullꝫ pctō
rum tuoꝝ cōſcium magis timueris
ꝙ teipm̄.alium enī effugere potes te
aūt nunꝙ.Sed nunquid virtus de-
foris teſtimoniū petit.Reuera teſti-
monio nō eget ſed deforis in exēplū
teſtes ſi habuerit ꝓdeſt.Nam ſicut
ſolis radius ſparſis pluribus ꝓficit
reb⁹:ſic vita beata videntibus ꝓdeſt
vnde teren.in adel.Inſpicere tanꝙ
in ſpeculo vitas hominū iubeo.ſene.
epl'a.vij.Cum hijs verſare qui te me
lioreꝫ facturi ſunt.Illos admitte q̊s
tu potes facere meliores.Optimuꝫ
quidem eſt maiorū veſtigia ſequi:ſi
recte p̄ceſſerunt.Catho.Proximus
eſto bonis ſi nō potes optimus eſſe.
Nam teſte oui.iij.de arte.Tunc bñ
fortis equus reſerato carcere currit:
cū quos pretereat quoſqꝫ ſequat̃ hꝫ
Nimiꝝ ergo ſi dñs in euangelio di-
cat.Luceat lumen veſtrum corā hoī
bus.Tunc enī lumē lucere dicit̃ cuꝫ
bonum opus de foris in exemplum
oſtendit̃ ꝓpriaqꝫ ꝑiculo cauere aſſi-
ſtens inſtruit̃.quēob2ē tul.li.ij.Felix
quicunqꝫ dolore alterius didicit poſ
ſe cauere ſuū.vnde gaufred⁹ in poe-
tria.Syrenes exemplar habe doce
aris in illis.Caſibus in letis ſemper
peiora cauere.Nam ſyrenaꝝ cātus
letificat:ſed ſubmerſio nauigantium
ſequit̃ frequēter.Quid eſt tñ ꝙ mul
ti ſe virtuoſos dicūt ſꝫ nec exempluꝫ
exhibēt nec inceptis bonis ꝯtinuant
Hoc fortaſſis ideo eſt ꝙ virtuoſi nō
ſunt ſed tales putantur.

## Ca.vij.de bona conſuetudine.

QUod noua teſta capit
inuetarata ſapit.ergo
fiat virtuoſa iuuētus.
Veruꝫ ſꝫ iniqua ⁊ ma
la conſuetudo vitaqꝫ
praua ſolita animum retardat a bo-
nis teſte galtero.vi.alexandreidos
Conſuetudo potēs eſt ſꝫ natura for
tior eſt ipa:itaqꝫ mala ꝯſuetudo alli
cit ſed nō neceſſario vincit.Rurſus ⁊
ſi mala cōſuetudo ſuꝑare pōt:fac vt
tua ꝯſuetudo bona ſit.vñ eunodius
Tꝑe difficiles veniūt ad aratra iuuē
ci.Tꝑe lenta pati freno docent̃ equi.
Ferreus aſſiduo ꝯſumit̃ ānul⁹ vſu.
⁊ ſubdit.Nihil aſſuetudine maı⁹ qð
male fers aſſueſce feres bene.Ex q̇-
bus verbis cōcludit̃ ꝙ ſicut equus
ꝑ aſſuefactioneꝫ nō renuit frenum:

ānuluſq̃ ferreus ex frequenti vſu cō ſumitur: ſic ꝓamplius bō docilis bona ꝯſuetudine mediāte virtuoſus efficitur. vnde ſene. li. i. d̕ moꝛib᷒. Educatio ac diſciplina moꝛes facit: ꝛ id ſapit quiſq̃ qđ didicit. itaq̃ bona cō ſuetudo excutiat qđ mala inſtruxit. ꝛ idem li. i. de naturali qō. Quis nō intelligat oīa ꝯſuetudine vim ꝑdere ſuam. ꝛ ibidem li. iiij. ꝙ diu decurrūt ſolita magnitudinē eoꝛum ꝯſuetudo ſubijcit. Qui cupit ergo virtuoſus fieri ꝯſuetudinē ſibi querat honeſtā vnde ariſto. i. metha. Illud quidem ad qđ aſſueti fuimus magis aīo eſt applicabile. vnde mlti ꝑ aſſuefactionem audiēdi apologos ꝛ fabulas: animū a veritate diuerterūt: qꝛ teſte iulio celſo li. ij. Omniū reꝝ magiſter eſt vſus. ꝛ saluſtius in iugurthi. Plura ſunt q̃ licet grauia ſint: tñ ex ꝯſuetudine ꝓ nihilo habenť. Unde quia plures peccādi ꝯſuetudinē habent. ideo pctā grauia nō videnť eis. ſi tñ virtutibus ꝯfoꝛmiter adheſiſſent facilitatē bene agendi ꝛ equalr̄ ꝛ ꝓamplius inueniſſent. vnde tul. in philippica. vi. Omne malum naſcēs facile opp̄rimiť. Inueteratū aūt plurimuꝫ fit robuſtius. Mala igiť anteq̃ꝫ veterata ſint extirpari debent: qꝛ ꝯſuetudinis maxima vis eſt. inquit tul. in tuſcu. qōni. li. ij. ꝛ li. ij. de diuinatione ꝯſimilem ſniam ponit. vnde ipe tull. in oꝛatione ꝓ coꝛnelio vallo. Uſus inquit aſſidu᷒ vni rei deditus ꝛ ingenium ꝛ artem vincit. Quēobꝛem ſeuarum rerū ꝯſuetudo peſſima ꝛ grauiſſimum: qꝛ eſt imperiū cōſuetudinis. Nam ꝯſuetudo eſt altera natura vt inquit auerois in ꝓlogo. iiij. phiſicoꝛum. ꝛ oꝛatius in epl̃is eandē tangit ſniam. epl̃a. ij. ad lolliuꝫ dicens. Ira furoꝛ breuis eſt aīum rege q̃ niſi paret. Impat hunc frenis hūc tu cōpeſce catena. Fingit equū tenera docilem ceruice magiſter. Ire viā quam mōſtrat eques venaticus ex quo. tpe ceruinā pellē latrauit in aula. Militat in ſiluis catulus nūc adhibe puro. Pectoꝛe verba puer nūc te melioribus offer. Quo ſemel ē imbuta recens ſeruabit odoꝛeꝫ teſta diu. Nec oīa ſapientē inſtruūt: vt aſſueſcat viuere ſancte: prudenter loqui: qꝛ teſte quintil. li. i. Cōſuetudo eſt certiſſima loquēdi magiſtra. Diſcat igiť ſapiēs virtutibus luceſcere: vt moꝛibus et vita ſibi ceteriſq̃ valeat ꝓficere. Ad qđ faciendum ꝓdeſt honeſta ſocietas q̃ virtutū exempla docet. ſeneca epl̃a. vij. ſic inquit. Tranſi cū ſocrate viue cū zenone cū criſippo cuꝫ poſſidonio. hij tibi tradent humanoꝝ diuinoꝛūq̃ noticiaꝫ. Iubebunt in ope expedire: vt non tm̃ ſcias eloqui ꝛ in oblectatione audientiū verba iactare ſed ꝛ aīum indurare ꝛ aduerſus iniurias te erigeř. Merito ergo apl̃s p̄me ad coꝛinthi. vi. dicebat. Nolo vos eſſe ſocios demonioꝝ. i. peccatoꝛuꝫ: qm̃ cū ꝑuerſo ꝑuerteris iuxta

ꝓphetam. Quicũq; ergo in virtuti
bus ꝓfici cupit bonos ⁊ prudẽtes in
ſequatur viros. Ambro. in li. de offi.
Pulchra eſt ſocietas ſeniorꝝ ⁊ ado-
leſcentiũ. Alij teſtimonio alij ſolatio
ſunt; alij magiſterio: alij delectatiõe
cõiuiunt. Si quis eñi hoiem vitio-
ſum in ſociũ elegerit ipe cum illo pi-
bit. puer. xxij. Noli ee amic⁹ homini
iracundo: nec ambules cũ hoie furio
ſo ne diſcas ſemitas eius. Sup quo
verbo greg. omel. ix. ait. Infirmi de
bent declinare ſocietatẽ prauorũ ne
mala q̄ frequẽter aſpiciunt ⁊ corrige
re nõ valent eos amplius inficiant. ⁊
ſi de infirmis hoc cauet̃ potius ergo
de ſanis hoc accipi dꝫ ne ſuaꝫ ſanita
tem ſcꝫ morum honeſtatem aliorum
exemplo perdant.

Ca. viij. q̃uo vitanda eſt mala vi
ta; ⁊ mundi vanitas.

VNum pctm̃ aliud tra
hit. nam ⁊ ſcriptuꝫ eſt
p ꝓphetaꝫ. Abiſſus
abiſſuꝫ inuocat. itaq;
niſi ſcelus corrigatur
homo totus in abiſſo mergetur deli
ctorum. ſꝫ ſeculi vanitas plurimum
correctionẽ impedit. ſene. epl'a. lxix.
Cogito mecũ q̃tus ad ſpectaculuꝫ
luſorꝝ fiat ꝯcurſus: quãta fit ꝯtra bo
nas artes ſollicitudo q̃ imbecil. i aio
ſint; quorꝝ humeros lacertoſq; mira
mur: q. ſ. vanitas ſeculi pctã ꝯſuetu-
dinemq; peccãdi generat. ſene: idem
epl'a. xlvi. Ubi cã ſublata eſt peccãdi
adhuc locũ peccati meruim⁹ ꝯſuetu
dinis cã. naꝫ illicita amant̃: vt ponit
idem ſene. in hercule. ⁊ idem ſene. in
agamẽnone. Uis ponere mores ſe-
culum fuge. Per ſcelera eñi tranſire
tutũ iter nõ eſt nec ſcelus vnicuꝫ erit
vñ ſene. li. v. de benefi. Dicitis o ſtoi-
ci oẽs ſtulti mali ſunt: ⁊ qui vnum vi
tium hꝫ ⁊ oia q̃d ſi eſt nonne vndiq;
humano generi ꝯuitiuꝫ eſt. Nonne
publica querela eſt bñficia perijſſe: ⁊
pauciſſimos eſſe q̃ de benemerenti-
bus nõ inuicẽ peſſime mereant̃. Ne-
ſcio inquit q̃ nõ ex phorꝫ domo cla
mat. ⁊ ſubdit nõ eſt hoſpes ab hoſpi
te tut⁹ nõ ſocer a genere fratrum q̃q;
gratia rara eſt. iminet exitio vir cõiu
gis illa mariti. Beneficia in ſcelus
verſa ſunt ⁊ ſanguini eorꝝ nõ parcit̃:
ꝓ q̃bus ſanguis fundẽdus eſt. Hec
ille. ex q̃bus verbis ꝯcludit̃ q̃ mun-
dus tot⁹ in maligno poſitus eſt. oiſ-
q; virtus perijt ⁊ pctã preſident vni
uerſe genti nec grauia ex ꝯſuetudine
putant̃: vt tangit ſalu. in iugur. vnde
plaut⁹ in aulularia. patiẽtia deſidie
acrimonia crudelitati aſſignatur. ſic
euertunt̃ oia: itaq; pctis oẽs ſeruiũt
boe. iiij. de ꝯſo. Quãtas rerꝝ lubrica
verſat fortuna vices. ⁊ ſequit̃. At ꝑ-
uerſi reſidẽt celſo mores ſolio ſancta
q; calcãt iniuſta vice colla nocentes
latet obſcuris ꝯdita virtus clara te-
nebris. itaq; morbus ſacris ꝑferun-

tur crimina que nō a rebus ſꝫ a ma-
lis ꝓdeunt hoībus dicēte tul. de pa-
dox. Non aūt pctā rerū euentu ſꝫ vi-
tijs hoīum. Utinaꝫ aūt attenderent
hoīes quo pacto veteres ſublimati
ſunt. Nō enī opibus ſilibus noſtris.
vnde ſalu. in catilina. Maiores ⁊ p̄-
deceſſores plurima bona fecerunt: q̄
nobis nulla ſunt. Nam apō eos nul
la fuit domi īduſtria foris iuſticia a-
nimus in ꝯſulendo liber: imunitas a
delicto: libidinis odiū. Pro his aūt
nō habemus luxuriā atqꝫ auaritiaꝫ
⁊ ſubdit. Omnia ꝟtutis p̄mia ambi
tio poſſidet ⁊ domi eſt voluptas: fo-
ris aūt nō iuſticie ſꝫ pecunie ſeruitur.
Nunqd ergo illud ouidij d̄ triſtibus
verificari pōt: cū inquit alta labētur
ab equore retro. vnda dabit flāmas
⁊ dabit ignis aquas. terra feret ſtel-
las. celū ſcindet aratro. oīa nature p̄
poſtera legib⁹ ibunt. oīa iaꝫ fient fie
ri que poſſe negabā q̄ verba nil aliō
ſonant niſi ꝙ mundus vijs obliquis
ambulat ⁊ oīa lege verſa fiūt. Luca-
nus li. v. Itur in oē nephas iuuat et
nocentes idem facinus quos inqui-
nat equat. ouidius. i. de arte. Cur eſt
ſua cuiqꝫ voluptas. Idē li. d̄ triſtib⁹.
Nubila ſūt nr̄is tp̄a nr̄a malis. ⁊ idē
i. methamoꝛ. Effodiunt opes irrita
menta maloꝝ. Iamqꝫ nocēs ferruꝫ
ferroqꝫ nocētiūs aurū. ⁊ ſequit. Fi-
lius ante diē patrios inquirit in an-
nos. victa iacꝫ pietas. ⁊ ſubdit. Quo
mare quo tellus correpta qꝫ regia ce
li ardeat: ⁊ mundi moles opoſa labo
ret. ⁊ ſequit. Signitur exceſſus quia
dū caro clamat eamqꝫ ſp̄us exaudit
cōſenſu: culpa creat. Inqꝫ creādo ne
fas caro fit vir ſp̄us vxoꝛ. Hec enim
grandis abuſio eſt ſpm̄ carni ſubijci
qō tm̄ pctm̄ facit. Uitanda ergo ſunt
peccata ne per ipa diſſipetur homo
ratioqꝫ pereat.

Ca. ix. quo vitanda eſt peccati
opportunitas.

Plurimi ideo peccant:
qꝛ cōtradictores non
habēt. itaqꝫ ſcelera cō
mittunt: qꝛ peccandi
opportunitatē habēt
Si aūt peccare ipis ꝓhiberet: aut ſi
mali agendi facilitatē nō inuenirent
ſepi⁹ male agere deſiſterēt. vnde ꝓ-
ſper in epi. Cum dat iniuſto peccan
di optata ptās: vt mala mēs prauū
qō cupit efficiat. Ira eſt magna dei
qua multos ſic qꝫ punit: vt quib⁹ ex
ultant criminib⁹ pereāt. ⁊ ſequit. Nū
quid erit morbi qō dominabitur illi.
cui ſupera auxiliū iā medicina negat
Quicūqꝫ ergo filios aut familiares
recturi ſunt caueāt ne eis opportuni
tatē peccādi exhibeāt: qꝛ nefas p̄miſ
ſum vile fit. ſepi⁹ inquit mari. Pecca
re etiā nō in ſipiētib⁹ cauta ꝓhibitio
faciēda eſt: ne ꝓhibitiōis occaſione
malū cogitare incipiant quod prius
factibile nō ꝑpenderūt. aut ne ꝓhibit i
tione aſpera iminente vetitū experiri

ſtudeant. Ouidius.li.iij. ſine titulo.
Nitimur in vetituz ſemꝑ cupimuſqꝫ
negata. Rurſus alij plures licentiaz
peccandi ſe habere putāt eo ꝙ rep̄-
henſores nō habēt. Fortuna enī ſic
eos ſublimauit: vt ꝙ pauperes ira-
cundia incitāte faciunt: id ſuꝑba au-
ctoritate p̄ſumunt. vnde ſalu. in cati-
lina. Sepe alia alijs licētia eſt: quia
magno p̄diti imꝑio qđ volunt agūt.
⁊ q̄ apud alios iracūdia dicit̄ hec in
eis ſuꝑba crudelitas appellatur. In
fortuna tñ etiā maxima peccandi ni-
mia licentia eſt. Tulli. in philippica
xiij. Id licere dicimus qđ legibus in-
ſtitutiſqꝫ maiorū ꝯceditur. neqꝫ eniz
ꝙ quiſqꝫ pōt id licet eis aut ſi nemo
obſtat nec ꝓpterea ꝑmittitur. ſ. pec-
candi licētia. nam ⁊ plato dixiſſe fert̄
Illa eſt veriſſima iuſticia q̄ erga infe-
riores ſeruat̄. nam triūphus innocē-
tie eſt nō peccare vbi liceat poſſe. In
q̄tum ergo plus potes peccare deſi-
ne: q̄r ſcꝫ peccādi ptās legitimū op⁹
nō reddit. vñ claudi. in maiori. Pro-
cliuior vſus in peiora datur ſuadetqꝫ
licentia luxū. Non tibi qđ poſſis ſed
quid feciſſe decebit. Occurrat men-
temqꝫ domet reſpectus honeſti. Et
ꝓſper vbi ſupra. Qui ſe pctis gau-
det feliciter vti, infelix nimis eſt ꝓſpe-
ritate ſua. Plurimi tñ licentie occa-
ſione a pctis ſe excuſant nō ꝙ nō fa-
ciant ſꝫ dicunt ea impune facere poſ-
ſe. nullū tñ vitiū licitam excuſationez
hꝫ: tunc enī pctm̄ nō eſſet, vnde in ꝓ-
uer. ſapientum dicitur. Omne pctm̄
eſt voluntariū. Omitte ergo excuſa-
tionez: nemo enī inuitus peccat. Ta-
les enī malunt ſua vitia excuſare q̄
effugere: vt ponit ſene. in declamatō-
nibus li. v. Alij vero mala faciūt ſpe-
rantes poſtremo excuſari. de quibuſ
idē ſene. in edippo. Malorū prauā
ſpes eſt. ⁊ teren. in eunucho. Si quiſ
poſt factā iniuriaz ſe purget parum
mihi ꝓdeſt. Sepius tñ peccāt aliq̄
veniam obtinere nō diffidētes. itaqꝫ
dicunt ꝙ peccaſſe nunq̄ placuiſſet ſi
remittendū pctm̄ ſuū non putaſſent.
Vnđ venia cuius amore a delictꝭ te-
nebantur deſiſtere criminibus apud
eos videt̄ excuſationē prebere. Con-
tra quos loquit̄ oui. li. de ponto. Ne
factū defendas tuū: mala cā ſilenda
eſt: nil niſi ſollicite ſint tua verba pre-
ces: ne tua ſi fletu findant̄ verba no-
cebit. interdū lachrime pondera vo-
cis habent. que verba nil aliud ſonāt
niſi ꝙ peccator potius lachrimis q̄
excuſationibus intēdere dꝫ ſuumqꝫ
delictū fateri. vnde marcialis cocus
ſimpliciter pateat vitiū fortaſſe puſil-
lum qđ tegit̄ maius credimus eē ne-
fas. Sed in hoc aliq̄ pereunt: q̄r pec-
cati ſui qualitatē nō cognoſcunt: cu-
rari ergo non pñt eo ꝙ incognitum
vulnus medelā nō cepit. Mari. non
intellecti nulla ē curatio morbi. ſi q̄s
ergo pctm̄ ſentiat fateat̄ ip̄m excu-
ſationūqꝫ deuia nō querat. vñ fulgē-
tius li. iij. Mitologiarū formidolo-

ſa ſuſpitio ſemꝑ excuſandi ſuffragia querit. ⁊ ſubdit. Ignorantiam iuris abſoluat venia que culpā ſcire nō cōſueuit. q. d. ꝙ excuſatio nulla eſt: niſi vbi ignorātia etiā inuincibilis habet̄

Ca. x. de cautela vitādi ⁊ cognoſcendi peccata.

Multa ſunt vitia q̄ ſi cognoſcerent̄ vitarētur in hoc vero decipiunt̄ hoīes: qꝛ multa ſunt vitia q̄ virtutis ſpēm habent a quibus cauere difficile eſt: niſi caute quis attendat. quintil. de oratoria inſtitu. li. ij. Eſt quedam vitiorū virtutūq̄ vicinitas qua temerarius ꝓ forti ⁊ effuſus ſeu ꝓdigus pro copioſo accipit̄. ⁊ ſene. epl'a. xlv. Vitia nobis ſublatēter virtutū nomine occurrunt. Nam temeritas ſub titulo fortitudinis latet: moderatio vocatur ignorantia pro cauto timidus accipit̄. In hijs enī magno periculo erramus. ⁊ idem epl'a. lvi. Omnia vitia ad modū morbi in aperto leuiora ſunt ⁊ tunc ſunt pernicioſiſſima qñ ſimulata ſanitate ſuccedūt. Quecunq̄ ergo agimus cū magna deliberatione faciēda ſunt opiſq̄ cōſilium q̄rendū ꝯgruit: vt mature fiat opus: ſicut tangit ſalu. in catilina dicēs. Priuſq̄ incipias ꝯſulto ⁊ vbi ꝯſulueris mature facto opus eſt. vnde tulli. in catilina. Habuit inq̄t catilina viros improbos ſub vmbra virtutū optimiſq̄ viris ſe iunctū ſimulabat: nunq̄ inquit tale monſtrū in terris vllū fuiſſe puto. ⁊ ſubdit. Quis enī clarioribus viris qñq̄ iocūdior. quis turpioribꝰ cōiunctior. quis cuius aliqñ melior. quis hoſti ciuitati deterior. quis in voluptatibꝰ inquinatior. q̄s in laboribus patientior. quis in rapacitate auarior. quis in largitione effuſior. Illō q̄ꝫ in eo erat mirabile naturam ſuā verſare ⁊ regere ad tꝑus atq̄ huc ⁊ illud torquere. flere cū triſtibus: ſeruire cū remiſſis: cū luxurioſis luxurioſe viuere. hec ille que oīa deſignant pctōres ⁊ pctā ſepius diſſimulari: nec facie prima cognoſci. Sepe etenī cū viris optimis iunctꝰ eē putabis: ⁊ cum vitiorū amatoribꝰ reſidebis. Inquirat igit̄ ſapiens qđ pctm̄ vt caueat q̄s peccator vt ſe nō ꝯiungat. qđ faciebat ſidonius: vt patet in ſuo epl'ari li. iiij. de quodā enim ſic dicebat. Eſt hic ipē loquat̄ aut dicat̄ ridiculus vl' letus: arrogans aut cōſtans curioſus vel pſpicax. Talia enim de eo querēda ſunt: ſi nō verbo ſaltē mente cū quo viuere petis: qꝛ timidus qñq̄ ſe vocat cautū. etiam ꝓdigus parcū: vt ex ꝓuer. ſapientū colligitur. Nūquid enī ſepulchra deaurata ſepe vidimus in q̄bus niſi putredo latet. Aſpectu quidē pollita ſunt intus ſordida. Sic ⁊ vitia quedā honeſtatis ſpēm gerunt: ⁊ tñ ab oī lege atq̄ iure recedunt q̄ nō obſtante ſuo

apparatu vitanda ſunt: qm̄ teſte oui dio.i.de reme.⁊ mala ſunt vicina bo nis: errore ſub ip̄o ꝓ vitio virtus car mina ſepe tulit. vn̄ iuuena.li.v. Fal lit enim vitiuꝫ ſpē virtutis ⁊ vmbra. Gaufre.in poetria. Fel modicuꝫ to tum mel amaricat: vnica menda to talez faciē diffamat. Quāq̄ ergo vi tia boneſta videant: qꝛ tn̄ in ſe macu lata ſunt merito aſpernant̄. quinimo ⁊ bona accipi nō debent: niſi fine bo no ſuſcipiant̄. vnde lactan.li.de vero cultu. Etiaꝫ ea que bona ſunt fines ſuos hn̄t: quos ſi exceſſerunt in vitia labunt̄. Nam ꝯſtantia niſi ꝓ vrtute accepta ſit obſtinatio eſt: qꝛ fortitu do in temeritatē ꝯuertit̄. His igitur attentis cr̄ia ſunt p̄cauenda ⁊ bona q̄ fiunt iuſto fine exequēda. al's enim vir efficiet̄ criminū amator ſicut de iulio legimus. vn̄ tul.ij.de offi. In iu lio ceſare tanta libido peccādi fuit vt peccare ip̄m delectaret: etiā ſi cā nō eſſet. Idem etiā tul. cōtra catilinā ab ſentem dicebat. Sic enī iam tecū lo quor nō vt odio ꝑ motus eē videar; quo debeo ſꝫ miſericordia q̄ tibi nul la debet̄. Neqꝫ eniꝫ his es vt te aut pudor a turpitudine aut metus a pi culo: aut rō a furore reuocauerit. Ibi enim mala plurima cōmemorat tul. ꝯtra catilinaꝫ que ſiue vera ſint ſiue nō. fallaciter tn̄ in pctīs ſubmergit̄ q̄ peccare nō veretur. Arbitror tn̄ tul lium in p̄dictis ſatis ample locutum fuiſſe: qꝛ potiꝰ forſan vt ſaluſtio ſuo contradictori cōtradiceret q̄ vt ve ritatem modeſte ſcriberet. Et de ſa luſtio ꝯtra tul. idem opinor. vn̄ ſalu. ꝯtra tul. Homo leuiſſimꝰ ſuplex ini micis ꝯtumelioſus amicꝭ: modo ha rum modo illaꝝ partiū patronus ꝑ nus mercēnarius: cuius nulla pars corꝑis a turpitudīe vacat lingua va na manus rapaciſſime: gula imenſa pedes fugaces q̄ honeſte noiari nō pn̄t inhoneſtiſſima. hijs eniꝫ verbis parum adhereo. Sed ex p̄dictis ſit iſte fructus q̄ꝰ vitia ſepe virtutes ap parent ⁊ peccare q̄ aſſueſcit vitia vi tare nequit. Nec tn̄ credas oīa opa eſſe vitia: qꝛ ⁊ ſi decipit̄ q̄ vitia virtu tes credit etiā deficit ille qui oēs ma los iudicat actus. vnde multi dicunt illud gaufredi in poetria noua. Pre ſens blanditor abſens detractor: a micus apparēs hoſtis tectus poſſeſ ſor auarus exactorꝰ dirꝰ: p̄do grauis ambitioſus inſtitor. itaqꝫ de bonis ⁊ malis paria iudicia formāt qđ mini me faciendū eſt: ſed bonū a malo di ſcernēdū. maloqꝫ p̄termiſſo bonū eli gendū. Plures tn̄ ſunt quibus ſuffi cit ſi boni credant̄ boniqꝫ fieri nō cu rant. Tales enī ſunt hoīes nō re: ſed noīe vt ponit tul.li.i.de offi. Hij enī ambitionē ꝓ mercede querūt. ſic enī de alexādro legimus q̄ tribus inſo lentie gradibus ſua felicitas exulta uit narrante valerio li.ix. Caueat er go vnuſquiſqꝫ ne comparet̄ ei de q̄ ſidonius in ſuo epl'ari.lib.iij. Et hic

importunus petendi derogator: negati emulator: accepti callid⁹: reformandi querulus: flagitati garrulus restituti venditor: pstiti publicator: occulti inficiator soluti: sectator epularum. de bene viuente nullā bonam pferens snīam. hic auidus bibendi audior detrahēdi: ꝛ hmōi que oīa q̄ phdolor de multis verificant.

Ca. xi. quō sunt vitanda peccata leuiora ne contingant grauiora.

Vitia q̄tumcūq₃ parua vitanda sunt: q꞉ ꝛ tñ in se magna nō sunt, semina tñ sunt maiorū. vnde ouidius. ij. de reme. Parua necat morſu ſpacioſum vipera taurum. A cane nō magno ſepe tenet aper. Sic etiā vitia q̄ parua vident hominē frequēter ad interitum ducūt: multaq₃ pctā grande gignunt ꝛ nutriūt. vnde oui. ibidē. Collige de multis grandis aceruus erit Quo tua nō pſſit offendi pectora facto. Forſitan hoc alio iudice crimen erit. Grandia p multos glomerant flumina riuos. Hij igitur attendant qui peccata venialia minime ponderant ꝙ amanti deū omne pctm̄ pondus eſt. Ouidius metham or. iij. Minimum eſt ꝙ amātibus obſtat. ꝛ tul. i. de offi. Que quidē parua videntur eſſe delicta ſi a multis intelligi non poſſunt: his vtiq₃ ſunt declaranda: quia peccatum q̄tumcūq₃ paruum nocet. ſignanter hijs quorū fragilis eſt animus vitaq₃ leſa. vnde ouidi⁹ ij. de reme. Infirmis cā puſilla nocet. Et martialis cocus. Simpliciter pateat vitiū fortaſſe puſillum qd tegitur magis credit eē nefas vt alibi dictū eſt. Quis tñ diceret peccata quecunq₃ vitare nō poſſe cū catho dicat. Nemo ſine crimine viuit. Hic dicendū ꝙ oīa ſi vitare nō poſſis: ſaltem ſub ſpe venie etiam parui delicti peccare nō pſumas. Si aūt ex lapſu leuiter peccare te cōtingat tua etiā pdidiſſe merita non credas: q꞉ pctā que venialia nuncupant ſic obſunt: ꝙ diuine gratie munus grandiaq₃ merita nō tollunt. Unde proſper. in ep igrā. Non merita obſtruat grandia culpa leuis. Illi igitur laudabiles qui ſine peccato viuunt ſi qui fuerint tales: nec tamē illaudabiles quorum deſiderium eſt peccare nolle: q̄bus multum prodeſt ſi carnis ſubijciant motus a quibus lex membrorum tota diſſoluitur: quos motus reprimere difficilimū videt niſi amor chriſti preponat mēti. vnde proſper li. preallegato. Mens nullos poterit carnis cōpeſcere mot⁹: ni ſi fuerit chriſti ſemper amore potens. Fideles ergo chriſtum in exemplar accipiant: Paſſioniſq₃ ſue commemorent miſterium: vt caro mortificata flētibus vitia non germinet.

Nam facilius eſt vitiorum initia

ꝓhibere ꝙ̄ impetum regere. Ouidius. i. de reme. Terra ſalutiferas herbas eadēq̄ꝫ nocentes nutrit ⁊ vꝛtice ꝓxima ſepe roſa eſt: vtile ꝓpoſitum eſt ſeuas extinguere flammas. ⁊ ſubdit. Dum noua ſint ſubito mala ſemina moꝛbi. nā moꝛa dat vires: teneras moꝛa ꝑcoquit vuas. qui nō ē hodie cras minus aptꝰ erit. Uidi ergo ꝙ p̄mum fuerat ſanabile vulnus dilatū longe dāna tuliſſe moꝛe. Que verba nil aliud ſonant: niſi ꝙ abſq̄ꝫ dilatione motus carnis ſunt depꝛimēdi: cupiditateſq̄ꝫ ſubījciēde. vnde ex ꝓuer. ſapientū colligitᷣ ꝙ foꝛtioꝛ eſt putandus q̇ cupiditates ſubījcit ꝙ̄ qui hoſtes; vt aūt cupiditates ſubījciantur multū ꝓdeſt ſi oculus ⁊ auris a ꝑceptione mundanoꝝ ſubtrahantᷣ. vnd̄ ſene. ad lucil. epl'a. lxix. Qui ponere vult deſideria rerū oīum quarū cupiditate flagrauit ⁊ oculos ⁊ aures ab his auertat. nā cito affectus quocunq̄ꝫ ſe vertit rebellat. Et idē ſene. epl'a ij. Pꝛoījce quecūq̄ꝫ coꝛ tuū dilaniāt que ſi aliter extrahi nequeāt coꝛ ipm cū illis euellas. iuxta illud euangelij Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum ⁊ pꝛoījce abs te.

## Ca. xij. de ſinceritate vite antiq̄ꝛ

Teſte ſcriptura noſtri anteceſſoꝛes bonum cupierunt. Cicero in tuſcu. q̄ōni. li. v. ſtoici finem bonoꝝ eſſe ſenſerunt congruū nature ⁊ cū eo ꝯuenienter viuere. nā teſte apuleio li. de deo ſocratis. nihil eſt deo gratius ⁊ ſimilius ꝙ̄ vir aīo ꝑfectus ⁊ bonus qui ceteris antecellat. His igitᷣ teſtimonijs deducitur: veteres bonā vitā collaudaſſe. vnde tul. in oꝛatione ꝓ ligario. Nihil tam populare ꝙ̄ bonitas. ⁊ lactan. li. de falſa religione. Benedicere quidem ad paucos pertinet; bene aūt viuere ad oēs; nam q̇ male viuunt naturaꝫ offendunt: qui aūt bene viuūt naturā dotant. tul. li. de amicitia. Illos bonos viros appellādos putemus qui aſſequuntᷣ ꝙ̄tum hoīes poſſunt naturam optimā bene viuendi ducem. Et in tuſcu. q̄ōni. li. iiij. Ampliſſima oīum artiū eſt bene viuendi diſciplina: quam vita magis ꝙ̄ lr̄is quidaꝫ ꝓſecuti ſunt. Ad hoc enī natus ē homo vt virtutibus ꝓficiat. vnd̄ varro in ſuis ſentētijs. Uiatoꝛes nō eſſent niſi vt eant ſic ⁊ vita nō ſine cauſa fit ſed vt in ea aliquid pꝛeclarū fiat. Et epl'a. lxxvij. ſene. ad lucil. Uita nō eſt imperfecta ſi honeſta eſt. ⁊ cōcludit ꝙ tam vita longa eſt ꝙ̄ longa ⁊ diuturna ſunt bona opera. Antiquos enim nouimus virtutibus intendiſſe: viteq̄ꝫ honeſtatem pꝛecommendaſſe. Hoꝛum igitur exemplo bene viuere chꝛiſtiani diſcant: quibus ex iure maioꝛ obligatio competit.

Nam teſte Oꝛatio in ſermonibus. Homo factus eſt ad be-

ne viuere: q2 ſcʒ vita eius legibus p̄⸗
ciſis circumulata ē. Dices fortaſſis
te bene viuere nō poſſe ꝓpter obloq̄
ces quibus mos eſt iuſtoꝝ deridere
ſimplicitateʒ ⁊ deuotos hypocritas
nuncupare: cultūq; in deriſum ꝑ viri
bus ſubuertere. Queſo tñ vt bonum
loquacitas a bono aīum tuū non re⸗
nocet quoꝝ friuola ſunt obloq̄a ſtul
ta ⁊ irrita nulloq; pōdere digna. vñ
catho. Cum recte viuas ne cures ꝟ
ba maloꝝ. Arbitrij noſtri nō eſt quid
quiſq; loquat̄. Proximus eſto bo⸗
nis ſi nō potes optimus eē. Oratius
in carminibus nihil eſt ex oī pte bea⸗
tum. Tutum eſt igit̄ ꝓximorū exem
plo doceri. Attēdat igit̄ vir prudēs
vt eius vita bona ſit ⁊ caueat ne vir⸗
tutes acquirere ceſſet. Unde petrus
riga in biblia ꝟſificata. Te decet h
vt eas feſtino currere greſſu virtutū
ſemꝑ ad meliora celer. vñ teſte ouid.
iij. de arte. Magnū opus eſt mores
cōpoſuiſſe bonos. Sed reuera teſte
claudia. in maiori. Inquinat egregi
os adiuncta ſuꝑbia mores: q2. ſ. plu⸗
rimorum vitā ſuꝑbia deducit ad rui⸗
nam: aut q2 ſua p̄ſumptio īpedit eos
ne deū timeāt: aut q2 ſua temeritate
vite acerbitatē attēptant quā manu
tenere nō valent. Omnis eni virtus
bona: oīumq; virtutū opa licita ſunt
ſed nullus oīa facere pōt. vnde virgi
lius in bucco. Fraxinus in ſiluis pul
cherrima pinus in ortis. Populus
in fluuijs abies in mōtibus altis. Et
ſubdit. Non oīa poſſumus oēs: q2. ſ.
ſicut nullus arbores oēs attingere:
vl' ſecare pōt: ſic nemo viator ꝟtutes
oēs pōt adipiſci. ſic tñ vt oīum ope⸗
ra magiſter exerceat. oīum tñ virtu⸗
tum habitibus pōt illuſtrare. Sed
quis dieb⁹ iſtis bene viuere valebit.
Naʒ peccare pudor nō eſt: ſʒ potius
viuere ſancte irriſio videt̄. Delictorū
q̄ʒ innumerabilia currunt exempla;
quis ergo reſiſtet. Reuera tunc bene
agere laus eſt qñ virtutes deprimū⸗
tur. nunquid laudat̄ certamē militū
dum hoſtes irruunt̄. nūqd parui lu⸗
minis ſydus in nocte cādeſcit ⁊ can⸗
dela exigue ſuffragio domus gran⸗
dis illuſtrat̄ qui nullū in die prebent
obſequiū. Sic enī tua lucebunt opa
ſi in tenebris huius tpis fiant: ſi bo⸗
nus tpibus malis inueniar̄. iuxta il⸗
lud marcialis coci. Tpibuſq; malis
auſus es eē bonus qđ laudabile eſt
vt quāto aſperior eſt fortuna. viuen⸗
diq; norma difficilior: tanto quis ſit
melior. Bonitas vero in morib⁹ bo⸗
nis cōſiſtit. de quibus ſene. li. de. iiij.
virtutibus. Non ſis arrogās nō au⸗
dax: admone libēter: reprehēde patiē
ter: ꝯtendēti cede: cunctis eſto begni
gnus: ⁊ hmōi: que ſene. ibidē extenſi
us docet. vñ ideʒ ſene. epl'a. v. Id a⸗
gamus vt meliorē vitā poti⁹ ſequa⸗
mur q̄ꝫ vulgus. ⁊ ſubdit. Temperet̄
vita inter bonos mores ⁊ publicos:
q2 teſte auguſt. Turpis eſt oīs pars
vniuerſo ſuo nō congruens. Nec tñ

decet virum prudentem quorūlibet
moribus ſe cōformare; quot eniꝫ ca-
pita tot ſenſus ⁊ geſtus. ſufficit eniꝫ
voluntati dei ſe ſponte ſubmittere.
Quis eni poſſet tot hoīum volūtati
bus obedire. Nam teſte perſio mille
hoīum ſpēs ⁊ rerum diſcolor vſus.
velle ſuū cuiqꝫ eſt; nec voto viuit᷑ vno
⁊ ſedulius li. i. Hic loquit᷑ nimis ille
tacet h̄ ambulat hic ſtat. Alter amat
fletus; alter riſus querit: diuerſiſqꝫ
modis pars eſt veſania cunctis. Ita
qꝫ hominum nō eadem eſt volūtas.
Ipſis ergo nō oportet alludere vt bñ
viuat᷑: qꝛ teſte ouidio primo de arte.
Non eadē tellus parit oīa vitibus il
la conuenit hec oleis hic bñ farra vi-
rent. Pectoribus mores tot ſunt q̊t
in orbe figure. Qui ſapit innumeris
moribus aptus erit. Sed difficile ē
vt quis oēs mores ſapiat. Sufficit
enim ad bonā moralitatē virtutibuſ
intendere; ⁊ pacis gratiā cum proxi-
mis obſeruare: alieneqꝫ compati an
guſtie ⁊ ꝓſꝑitati applaudere. iuxta
illud oratij in poetria: vt ridentibus
arrident; ita flentibus aſſint humani
vultus.

## Ca. xiiij. de odio peccati.

SI hoīes mortem odi-
unt: ergo nobis pecca
ta odioſa ſint. exēplo
ꝓphete dicentis. Ini-
quitatē odio habui; et
abhoīatus ſum. legeꝫ aūt tuā dilexi
vñ hugo li. ij. de ſacris. pte. xiij. ca. x.
Uitia odioſa ſunt. naꝫ ſupbia aufert
hoī deū: inuidia ꝓximū: ira ſeipm̄: ac
cidia ſpoliat: auaritia flagellat: gula
ſeducit: luxuria ſubijcit. et ſequit᷑ aīa
rōnalis in ſanitate ſua vas eſt ſolidū
⁊ integrū nullā hñs corruptionē. ipa
tñ vitia deturpāt ⁊ corrūpunt. Nam
ꝑ ſupbiā inflat᷑: ꝑ inuidiā areſcit: per
irā crepat: ꝑ accidiā frangit᷑: ꝑ auari-
tiam diſpergit᷑: ꝑ gulam inficit᷑: ꝑ lu-
xuriam ꝯculcat᷑ ⁊ in lutū ꝯuertitur.
In hijs ergo exercēdis pudor ⁊ ve-
recūdia eſt. Cum eni iudicas ꝙ ma-
le agis nec tñ deſiſtis. nunq̇d teipm̄
iudicas: nunq̇d tu tibi cōtrarius es.
Si ergo erubeſcētia eſt ꝓpria ſnīa
ꝯdemnari atqꝫ ſibi ꝯtrariari: in oī er
go pctō pudor eſt. ideo dicit᷑ eccl. xxi.
Quaſi a facie colubri fuge pctm̄. et
ſequit᷑. Dentes leonis dētes illius in
terficientis aīas hoīum q̄ſi rūphea-
bis accuta hoīs iniquitas. vñ ad ro-
manos. vi. Per pctm̄ eni ſerui eſtis
cui obediſtis. ſ. dyabolo. Sed nun-
quid erubeſcētia eſt creaturā rōnalē
ſubijci demoni obſtinato: nunq̇d tur
pe eſt vt tibi dominet᷑ q̇ tuipſius do
minus nō eſt. Hāc tñ ſeruitutē atqꝫ
ꝯfuſionem crimina inducūt. ideo ſe-
neca ep̄la. xli. dicebat. Deſidero ꝯtra
ambitionē ꝯtumelioſe agere: cupio
luxuriaꝫ obiurgari ⁊ hmōi. Conſide
ret igitur peccator qua morte mori-
tur ꝑ pctm̄: qꝛ ſicut ait aug. de dua-

bus aīabus: tunc anima moritur qñ a deo deſerit: aut qñ a dei cognitiōe ſe auertit. Idem ait ipſemet aug. xiij. de ciui. dei. ca. i. Nempe deteſtabile eſt: vt te viuente p culpam ꝓpriā moriaris: atq; in tuo ſenſu erubeſcas p peccati quando ſcʒ id nō agis quod te facturum noſti.

¶ Sophologij liber tertius finit feliciter.

¶ Sophologij liber quartus in quo agitur de quattuor virtutibus theologicis incipit. Cuius nouem ſunt capitula.

¶ Ca. pͥmū qūo credendū eſt articulis fidei. etiaʒ quodāmodo in lumine naturali.

In lumine naturali quedā articulorꝫ euidētia pōt inueniri. ad cuius declarationē pͥmo vidēdum eſt qd ſit lumē naturale ⁊ dicūt aliqui ꝙ eſt vis aīe cōſiderata ſm latitudinē eorꝫ q̄ ex puris naturalibus ꝑpendere pōt. Hoc autē lumē vocat intellect⁹ agens qui ſe hʒ ad intelligibilia: ſicut lumē ad viſibilia. Et iſte intellectus agēs nō eſt intellectus intelligēs: ſʒ eius offm̄ eſt ſpēs illuſtrare ⁊ intellectum actuare

Veruʒ aūt aliqui ponūt ꝙ eſt quoddam accidens innatū ⁊ ↄcreatum: ſʒ credo melius ſi dicamus ꝙ eſt ipſamet aīa ↄſiderata ꝓut ſeipaʒ actuat Unde ſi oculus eēt in ſe luminoſus extrinſeco lumine nō egeret ſʒ mediante ſeipō viſibilia videret. Et tamē alia rōne diceret oculus ⁊ alia rōne lumen vl̄ luminoſus. Sic ſuo mō de aīa imaginabit ſcʒ ꝙ ipſa eſt lumen ⁊ cū hoc potentia intellectiua ſm diuerſos reſpectus. His aūt premiſſis ꝓbatur p̄dicta ꝓpoſitio ſignāter q̄ ad quattuor articulos fidei. vñ ſic arguo. Articuli trinitatis incarnatiōis creationis: ⁊ reſurrectiōis in lumine naturali quodāmodo ꝑpendunt. ergo ꝓpoſitio vera. ↄña patet: q2 iſti ſunt articuli: de quibus minus videt ſed antecedēs ꝓbatur ⁊ primo de articulo trinitatis. nam in lumine naturali cognoſcit imago trinitatis in tribus potētijs aīe q̄ ſunt vna eſſentia ergo. vñ aug. iiij. de trini. ca. xv. ⁊. ix. de trini. ca. vi. ⁊. xiiij. hoc mō. ſ. p imaginem venat articulū trini. Item in alijs rebus eſt veſtigiū trinitatis cognoſcibile in lumine naturali. Unde aliq̇ poſuerunt veſtigiū conſiſtere in numero pōdere ⁊ mēſura: ſicut ſapie ſcdo. Aliq̇ poſuerūt illud pͥncipiū medium ⁊ finem ſicut pithagoras. Alij modū ſpēm ⁊ ordinē: ſicut augu. iij. ſuper gene. Alij ſubſtantiam virtutē ⁊ operationem. Iuxta imaginationem Ariſtotelis primo celi ⁊ mundi

Itaqꝫ in omnibus rebus eſt veſtigi
um trinitatis. Res aũt ſunt cognoſci
biles in lumine naturali ergo. Item
dicimus in naturalibꝰ ꝙ effectus ha
bent veſtigium ſuperiorũ cauſarum
ſicunt patet de niuibus cadentibus
ſub forma ſtellari ab influxu ſtellaꝝ
patet etiam de natis ſub ſignis que
habent cõditiones ſignoruꝫ. ergo a
prima etiam cauſa res producte ha
bent ſimilitudinẽ prime cauſe ſcꝫ tri
nitatis. Item phi naturales in lumi-
ne naturali ad noticiam trinitatis ꝑ
uenerunt. vnde cõmentator. xij. me-
tha, refert antiquos phos poſuiſſe ĩ
diuinis ternarium. ⁊ ariſto. primo ce
li ⁊ mundi numeruꝫ ternariũ diuinũ
vocat. Item augu. ix. cõfeſ. ca. ix. re-
fert ex libris platonis ſuaderi ꝙ in
principio erat verbum vſqꝫ ad illud
⁊ verbum caro factum eſt. Et her-
mes de verbo eterno monas mona-
dem gignit ⁊ in ſeipſo ſuum reflectit
ardorem. id eſt pater generat filium
ex quibus procedit ardor ſcꝫ gratia
ſpũſſancti. Item quelibet ſcientia in
lumine naturali poſſibilis fore in ter
nario fundari videt̃. Nam ꝯgruitas
grãmaticalis ſuppoſitum cũ apposi
to triplici cõditione cõcordat. Logi-
cus termino ꝓpoſitione atqꝫ figu-
ra formaliter concludit. Rhetoricus
⁊ poeta triplici vtunt̃ ſtilo. Geome-
tria a triangulo figuras rectilineas
incepit. Aſtrologia a pũcto meridie
⁊ planetarũ motu inueſtigat. Mu-
ſicus in tribus ṗmo harmoniſat. A-
rithmeticus numerũ ternarium pri-
mum cõpletum tradit: vt etiam di-
cit ariſto. ṗmo celi ⁊ mũdi: qꝛ ṗmus
numerus eſt habens principium me
dium ⁊ finẽ. Phiſicus tribus princi
pijs naturam cõſtrui docet. Miruꝫ
ergo ſi ſcie naturales in ternario fun
dentur ⁊ in lumine naturali trinitas
nõ perpendit̃ ergo. Item ſi creatum
intelligendo ⁊ volendo actum ꝓdu-
cit: cur deus etiam intelligendo non
ꝓduceret filium ⁊ volendo ſpiritum
ſanctum. Ulterius hoc idem ꝓbat̃
de articulo creationis mundi. Nam
ſicut inter res eſt naturalis ordo per
fectionis ⁊ dependentie ſic debet eẽ
durationis in ſe: ſignanter quoniam
ṗma cã non agit naturaliter ſed libe
re. vnde ariſto. ordinem dicit eſſe op
timum bonũ: vt patet. vij. politi ⁊ re
darguit ariſtipum negantẽ ordinem
Et alacen ſecundo perſpectiue dicit
bonum vniuſcuiuſqꝫ rei ex ordine de
corari. Item nulla eſt ciuitas cuius
actor nõ inueniat̃ ergo. Item phi na
turales qui fidem nõ habuerunt: ad
noticiam huius articuli ꝑuenerunt.
vnde hermes quẽ ariſto. patreꝫ pho
rum nũcupat libro ſuo de verbo eter
no ca. ij. Res inquit nõ erant añ mun
di creatiõem niſi in ipſo deo. vnde na
ſci habuerunt. Item galienus in ſua
alchimia narrat hermetem dixiſſe ꝙ
in tabula ſmaradina in vetuſtiſſima
littera ſcriptum inuenerat mundum

creatum fuiſſe. Item augu. vi. de ci.
ca. ix. refert platonez in ſuis libꝛis fe
re de verbo ad verbum dixiſſe verba
moyſi. In pꝛincipio creauit deus ce-
lum ⁊ terrã. Verũq3 aliqui dicũt pla
tonem deſcendiſſe in egyptum ⁊ vi-
diſſe libꝛos hieremie. Sed augu. ibi
dem pꝛobat ex intentiõe hoc fieri nõ
potuiſſe ex viciſſitudine tempoꝛum.
Item arabes ⁊ ſacerdotes egyptij
dicunt ſolem creatũ in ſignuz leonis
vt refert ſolinus li. ſuo de mirabilibꝰ
mundi. quod refert plato in thimeo.
Item tholomeus in. ij. ꝓlogo alma
geſti poſt multas laudes ariſto. con
cludit ꝙ in hoc ſibi nõ cõſentit ꝙ mũ
dum creatum nõ dicit. Verumq3 exi
ſtimo ariſto. nõ putaſſe mundũ eter-
num a parte ante. licet eius verba ſo
nare videant̃: que ſunt intelligenda
ſic ꝙ mũdus ꝙtum eſt ex natura po
teſt perpetuari. vnde ariſtote. deum
creatoꝛem nuncupat. li. ſuo de regi-
mine pꝛincipum quẽ edidit ad peti-
tionem alexandri narrante pħo eius
tranſlatoꝛe. ⁊ li. de ſecretis ſecretoꝛũ
pariter cõſentit deum eſſe creatoꝛez
quem libꝛũ ariſt. edidit. teſtante iohã
ne tranſlatoꝛe eius. l3 multi obſtant
Item hypocras li. ſuo ebdomadaꝝ
dicit planetas eodẽ modo moueri ſi
cut ab exoꝛdio mouebant̃. ergo exoꝛ
dium habuerunt. Item albumaſar
li. i. de ꝯiunctionibus differentia pꝛi
ma dicit: mundũ ante diluuium ſolũ
duraſſe per duo milia annoꝛum cum
ducentis viginti ſex annis vno men-
ſe: tribus diebus ⁊ quarta parte vni
us hoꝛe. Et differẽtia. viij. Creauit i
quit deus hominem ⁊ fecit ipm no-
biliſſimum aĩalium. ⁊ differentia de-
cem refert heraclitum cõceſſiſſe mũ-
dum oꝛiginem habuiſſe. Item refe-
runt ꝙ quidaz ſacerdotes egyptius
ſolon philoſopho dixit qualiter lapi
dem viderat ex delubꝛis egyptioꝛũ
delatum in quo ſcriptum erat ꝙ mũ
dus nouem milibus durauerat. Et
eandem ſentẽtiam ſcripſit ſacerdos
quidam magiſtri alexãdri. Egyptio
rum quoq3 multi mundum centum
milibus annoꝛũ duraturum putaue
runt; vt refert augu. xviij. de ciui. dei.
Que omnia ⁊ ſi falſa tamẽ munduz
exoꝛdium habuiſſe ꝯſentiunt. Unde
ouidius licet poeta. i. metha. Ponit
mundi exoꝛdiũ per quattuoꝛ etates
atq3 diluuium ⁊c. Ulterius de in-
carnatione hoc idem patet: qꝛ viſo
ꝙ deus poteſt ſupplere quodlib3 ge
nus cauſe cur non poterit eque bene
vniere ſibi naturam humanaz ſicut
ſuppoſito creato vnit accidentalem.
Quo facto eque bene denoĩabit na
tura ſubſtantialis vtputa humani-
tas deum eſſe hominẽ: ſicut albedo
facit ſocratem denominari album.
Plura ⁊ quaſi innumerabilia ſunt te
ſtimonia ⁊ pꝛimitus veteris teſtamẽ-
ti. vnde iſa. lxiiij. dicebat. Utinam diſ
rumperes celos ⁊ deſcenderes. ⁊ da
nie. vij. Aſpiciebam inquit in viſione

noctis ⁊ ecce cum nubibus celi qua‑ſi filius hoīs veniebat. nec tamē ſoli fideles xp̄m incarnandum ſperaue‑runt. quinimo ⁊ gentiles olim mirā‑da de xp̄o futuro cōſcripſerunt. Un‑de albumaſar in ſuo maiori introdu‑ctorio differentia prima narrat ꝙ in celo apparuit virgo honeſta ⁊ mun‑da prolixa capillis facie pulchra in manu tenens duas ſpicas ſedens ſu‑per ſtratum nutriebat puerū cui ex‑hibebat ſollicite ad cōmedendum. Hec enim viſio nil aliud deſignat ni‑ſi ꝙ virgo incorrupta virtutibus ac genere clara duas ſpicas id eſt natu‑ras in ſe cōcepit ⁊ ſedens ſup̄ ſtratū id eſt ſup̄ mundi machinaʒ qm̄ luna ſub pedibus eius ipa ſiquidem pue‑rum ſcʒ xp̄m ex puriſſimis ſanguini‑bus ſpirituſancto cooperante nutri‑uit. Huius aūt viſionis maiorem at‑teſtationem narrat Oroſius dicens ꝙ cum octauianus rome imperaret orbem totuʒ ſua virtute fecit ſibi tri‑butarium quemobrem pp̄ls roma‑nus ſibi applaudere cupiens hono‑res diuinos ſibi impendere diſpoſu‑it: qꝛ tamē cognoſcebat ꝙ nō in pro‑pria ſed in diuina virtute orbem ſub‑iecerat: ideo predictos honores ſuſci‑pere diſtulit. ⁊ tyburtinā ſibillam qd ſup̄ hoc facturus eſſet interrogauit que multiplici rōne ſuaſit ne diuinos ſuſcipet honores. Unde hoc ipa ſua‑dente celū illico aptum eſt ſplendor ꝗ nimius effulſit ſup̄ eū: viditqꝫ in celo virginem pulcherrimā ſtantem ſup̄ altare tenentē puerū in brachijs ſuis: ſed cū octauianus admiraretur vocem audiuit dicenteʒ. hec ara filij dei eſt. Quibus verbis auditis octa‑uianus ſtatim ſe in terram ꝓiecit: et virginem cum filio pariter adorauit Hoc autē mirabile rome accidit in camera octauiani in qua nunc eſt ec‑cleſia minorum. Igiť ꝓpheta in p‑ſona dei dicebat archus meus in co‑lumna nubis: qꝛ ſcʒ xp̄m futuꝝ in ce‑lo patuit. Nec tn̄ mirabile ſi virginē xp̄m peperiſſe fatemur: qꝛ narrat pli‑nius. viij. natura. Abſqꝫ maſculis e‑quas grauidari: cui alludēs ſolinus li. iij. de mirabilibus mundi h̄ dupli‑citer fieri edocet. Unomodo flatibus ventorū. alio modo ſolo maſculi odo‑ratu: ⁊ dat exemplū ꝯforme de per‑dicibus europe. Inſup̄ virg. in geor. ſimilem ſnīam atteſtať dicens. ſcilicʒ ante omnes furor eſt inſignis equa‑rum. continuoqꝫ auidis vbi ſubdita flamma medullis: vere magis qꝛ ve‑re calor redit oſſibus ille. Ore om̄es verſe in zephyrum ſtant rupibus al‑tis. Exceptantqꝫ leues auras ⁊ ſepe ſine vllis. cōiugis vento grauide mi‑rabile dictu. Saxa p̄ ⁊ ſcopolos ⁊ de‑preſſas ⁊ cōualles diffugiunt. ouidi‑us. ij. de vetula virginem pariturum ꝑdixit que dyaphebes vocabať. Di‑cebat enī naſci debere ꝓphetaʒ abſ‑qꝫ maris coitu: cuius erat concors complexio preuia future. ⁊ ibideʒ no

tatur a quibuſdam expoſitoribus ꝙ ꝑ ſex annos cum modicis horis ante chriſti aduentum glorioſa fuit coniunctio iouis et ſaturni in principio arietis que dei ⁊ hominis coniunctionem inſinuauit. ⁊ hoc videtur quaſi propheraſſe ouidius: vt aliqui dicūt ⁊c. Eodem etiā tempore decima reuoltio ſaturni completa fuerat quare mundi diuinuz debebat renouari: qꝛ principatuū varietas penes decē reuolutiones ſaturni maxime attenditur: prout dicit albumaſar .li.ij. de cōiunctionibus differentia. viij. Virginis etiā partum valeri. li. viij. Approbat referens virginē fuſaz oratione cribrum aqua plenuz de tybri ad templum dee tuliſſe. ſic etiam maria rorem celi portauit. Inſuper ſolinus de mirabilibus mundi narrat. Puellaz voto caſtitatis meruiſſe principatum pudicitie. Ouidius etiā li. iiij. ꝺ faſtis cybelen virginem matrez dearum appellauit. Narrat inſuꝑ paulus dyaconus ꝙ cum romulus palatium rome cōſtruxiſſet dictuz pro tunc palatiū pacis: ſtatuam ibidem poſuit dicēs nō cadet hec ſtatua donec virgo pariet. Die aūt natiuitatis xp̄i etiā a romanis perhibet corruiſſe. Narrat etiaz eutropius ꝙ circulus ſimilis celeſti qui dicitur yris eadem die apparuit circa ſolez atqꝫ in taberna meritoria fons de terra illa tota die emanauit: Et ſic iuxta vaticinium iſaye idola egypti corruerūt quia nullum templum fuit: quin ſaltem aliquod idolum caderet ipā die natiuitatis. Quātum vero de articulo reſurrectionis ex multis probatur rationibus etiam naturalibus. ⁊ primo ex perpetuitate anime. Nam anima dicēda eſt perpetua: vt patet tertio de anima: ⁊ hoc qꝛ reflectit. et conſequenter eſt ſpiritualis ⁊ immortalis. Unde plato eam circulo ſupra ſe conuerſo aſſimulauit. Item algazel. viij. phiſice ſue. capi. vltimo dicit animam rationalez eſſe immortalē. Item hermes de verbo eterno. ca. iij. Idem dicit ⁊ concludit animam bonam deo cōiungi. Item ſentit ariſtote. libro de ſecretis ⁊ li. de pomo. Et plato in thimeo futuram gloriaz ⁊ infernum expreſſe fatetur. Item ſixtus pithagoricus fatetur futuraz felicitatem adeſſe bonis. Item macrobius libro ꝺ ſomnio ſcipionis circa exordiuz ait. Beatos eterna gloria frui. Item varro ⁊ porphirius q̄ſdam reſurrexiſſe mortuos ferunt: vt aug. narrat. xxi. de ciui. dei. ca. vij. vnde plinius. vij. naturalium feminam exanimē refert ad vitam rediſſe. et puerꝝ quinquaginta annis poſt mortem vixiſſe. Itē tul. li. de repu. vi. fingit ꝙ poſt mortē ſcipionis vidit euz ſcipio minor cū ſuis ꝑdeceſſoribꝰ. q̄ð ſomniū exponēs macro. ꝯcludit beatitudinē. Idez ſentiūt tholomeꝰ in. i. almageſti ꝓlogo ⁊ albumaſar in. vi. articlo ītroductorij differētia. xxvi. ⁊

auicenna.viij.metha.Item ouidius
Flumina infernalia ſepe cōmemo-
rat:cuius verba licet tranſumptiua:
nō tamē mendoſa.Item de combu-
ſtione corporis abſqꝫ cōſumptione
ſatis ſunt exempla naturalia:vt po-
nit augu.xxi.de ciui.ca.iiij.De mon-
tibus ſicilie qui ab exordio cretonis
comburūtur ⁊ nō minuunt. Itez de
lapide iocuſtos fit pannus incombu
ſtibilis:vt refert albertus magnus
li.de mirabilibus. Ex quibus omni-
bus cōcluditur ꝙ articuli fidei ſunt
ꝯducibiles in lumine naturali:⁊ hoc
circa demonſtrationē. Hic tamē no
tandum ꝙ aliqui dicunt ꝙ huiuſmo
di auctoritates vł nihil faciunt ad ꝓ
poſitum articulorū vł ipſas fuiſſe re-
uelatas. Nihilominꝰ tamē exiſtimo
ꝙ ⁊ licet plures philoſophi habue-
rint reuelationes:tñ in lumine natu-
rali multa de articulis fidei excogi-
tare potuerunt. Poteſt etiā dici ꝙ
philoſophi quo ad aliqua viderūt li-
bros ꝓphetarum. Sic enī refert au
gu.ij.de doctri.xpiana.c.ij. ꝙ plato
vidit libros hieremie prophete.

Ca.ſecundum de cultu ⁊ venera
tione dei.

Quecunqꝫ laudabilia
poſſidemus a deo ac
cepimus. Si igitur
ſerui dñis obſequunt
ſi hos poſſeſſorez uo-
ſcat:ꝑamplius fidelis deū colere de-
bet:dicēte cathone. Si deus eſt ani
mus nobis vt carmina dicūt. Hic ti
bi ꝑcipue ſit pura mente colendus.
Unde mercurius termegiſtus ad aſ
clepiuz ſolum inquit.aīal hō duplex
eſt:qꝛ ſcꝫ inter aīalia hō ſolus ex du-
plici cōſtat natura.ſ.mortali ⁊ eter-
na.⁊ ſubdit mercuriꝰ. Illa pars ſim-
plex.ſ.aīa diuine ſilitudinis formaz
hꝫ.ergo humanitas ſemꝑ memor na
ture ⁊ originis ſue in deitatis imita-
tione ꝑſeuerat. Nos igitur agentes
gratias adoremus deum.hec inquit
ſunt ſumme intētiones dei cū gratie
agunt a mortalibus hoīum adoran
tibus ⁊ laudibus. Que verba clare
innuunt hoīem debere deū colere tā
to celebrius ꝙ̄to plura beneficia a
deo ſuſcepit.⁊ ꝙ̄to ſublimior factus
eſt ceteris rebus ꝑ imaginē dei quā
accepit. Unde ſixtus pithagoricus
in ſuis ſentētijs.Deus libertatē arbi
trij hoībus ꝑmiſit vt pure ac ſine pec
cato viuētes filꝰ fiant deo. Naz tē
pluz dei eſt mens pura ⁊ altare opti
mum eſt ei cor mundū. Uir caſtus ⁊
ſine peccato prātem accepit a deo eē
filius dei ꝑ adoptionē.hec ille. Ecce
vides o tu hō qm̄ templū dei es. Si
ergo in templo cultus deo debeatur
nunqd deū tua mens colere dꝫ. Nā
in ꝓuerbijs ſapientū dicit. Non aſpi
ciat ꝙ̄ plenas ſed ꝙ̄ puras quis deo
manus offerat:qꝛ nō alter niſi opti-
mus animus pulcherrimus dei cul-

tus ē. Nil ergo refert ſi munera grā- dia offeras deo: ſed tua deuotio tue orationi valorez imponit. Plus enī paupcula era duo exhibēdo placuit deo ꝙ creſus tallentorum ex mune- re. Illa ſiquidē magis placuit nō ꝙ magis obtulerit: ſed maiori conatu: deuotiōeqꝫ affectiori era vl' obulum obtulit ꝙ creſus talenta: vt ſatis re- fert hiero. in fine prologi biblie. Pla ce at ergo homini quod deo placet. vt monet ſene. ad lucillū epla. lxxiiij. Tunc enim hoc placet homini quod deo placet qn̄ cultum exhibet qui de betur ei. Quod feciſſe phi leguntur. Nam ſicut ait plato phus eſt ama- tor dei: vt narrat aug. viij. de ciui. dei Amator aūt dei phus nō eſſet: ſi cul- tum dei ſibi debitum ſubtraheret. Unde ꝓſper in li. epigram. Hac de- ſiderij deus eſt pietate colendus iu- ſticie vt merces tota ſit ipſe deus. Optima vota deo quorūz eſt dator ipē vouentur. τ ſubdit. Libertas nul la eſt melior maior ve ptās ꝙ ſerui- re deo cui bene ſeruit amor: abſqꝫ iu go poſita eſt ditionis amica volun- tas. Que viget affectu nō viget im- perio. Ecce clare innoteſcit ꝙ qui de um amat ipm etiā colit prout iubet catholica fides. Nam τ pecudes ſu is balatibus elephātesqꝫ ſuis flexio- nibus celſa venerantur: arbores cre- ſcendo ſurſum eleuant: elemēta celo ruz impreſſionibus obediūt ſempqꝫ leges ſuas celoꝝ orbes obſeruant.

Quibus attentis mirū ſi fidelis ma ioribus dotatus gratijs obedientiā pariter τ reuerentiam deo exhibere pretermittat: nec ſolum hoc mirum ſed ingratitudinis ſignū eſt. Eos tn̄ nō arbitror fore dignos laude q̄ de- um dū colunt plus cerimonijs ꝙ af- fectibus intendunt. Et que putatur eorum deuotio ſepē ſupſtitio eſt de quibus cicero in orone. Eſt etiam q̄- dam religionis modus. τ ſubdit. Ni mimqꝫ ſupſtitioſuz eſſe nō oportet. Eos etiā cōmendandos nō reputo qui diuino cultui licet aſſiſtant. ſcele- ribus tn̄ vſquequaqꝫ pleni ſunt. qua le enim pōt borū eſſe obſequiū. Regi enim nō placet iniquus ſeruitor. q̄uo ergo deo placebit iniquus peccator tales enim ꝓfanatores vident ſan- ctuarij dei. Unde ouidi. li. eplarum. Pone deos τ q̄ tangendo ſacra pro fanas nō bene celeſtes impia dextra colit. Rurſus redarguendi hij appa- rent in diuinis ſacrificijs qui ſe inge- runt: altaribuſqꝫ ſacris temerarie ſe iungunt contra quos tibullus lib. ij. Uos quoqꝫ abeſſe ꝓcul iubeo diſce dat ab aris cui tulit heſterna gaudia nocte ven⁹. itaqꝫ veteres deos ſuos colebant. Et ꝙꝙ erroribus ſubiace rent: apud omnes tn̄ famoſum erat deos debere coli dicēte pho. Dījs nō poſſumus aliud reddere cōdignum. Illi ergo qui fidē ꝓfeſſi ſunt deū po tiſſime venerari debent. Sed quere res q̄d deum colere ſit aut q̄uo vene-

rari debeat. Attende queſo q̄m̄ diui
nus cultus oꝛone perficit̄. vnde poꝛ-
phirius. Deus oīum pater nullius
indiget: ſed nobiſcum bene eſt cū ꝑ
iuſticiam ⁊ caſtitatē eū adoꝛamus
ipam precē ad eum fundentes per
imitationē ⁊ inquiſitionē de ipo. In
quiſitio enim purgat, imitatio dei-
ficat affectionē ad ipm optando. vñ
didimus ad alexandrū. Verbo deꝰ
ꝓpiciatur oꝛātibus quoqꝫ dei ſoluꝫ
eſt cū hoīe ſuaqꝫ ſilitudine delectat̄
Hijs enim ſermonibꝰ apparet ꝙ de
um colere ipm oꝛare ē. vnde teſte va
lerio li. vij. Socrates humane ſapiē
oꝛaculū cōgrue dixit. a dijſqꝫ immoꝛ
talibus nihil petendū eſſe arbitraba
tur: niſi vt bona tribuerēt eo ꝙ ſciūt
quid vtile nobis. Cuius cōtrarium
faciūt hij qui certa munera deū oꝛan
do petunt: ſeqꝫ nō credūt exauditos
niſi habeāt id numero qꝺ poſtulant
Diuine enī ꝓuidentie remittere ſin-
gula tenent̄. ſperando id deū factu-
rum quod melius erit: iuxta ꝓlibatū
ſocratis documentū. Rurſus plures
ignoꝛātes aut voluptatibus excecati
deo ſupplicāt vt eoꝝ impietati co-
adiuuet: vt etiā vires preſtet quibus
ſua mala exercere poſſint. O ꝙ ſtul
ta depcatio a iuſto iudice petere ſce-
lus deūqꝫ putare ꝯſcium maloꝝ.
vnde antenedoꝛus ſtoicus. Nihil in
quit deū roges. niſi quod poſſis ro
gare palā. ⁊ iuuenalis. iiij. ſatyra. i.
Si cōſilium vis permittes ipſis ex-
pēdere numinibus quid cōueniat no
bis: rebuſqꝫ ſit vtile noſtris. naꝫ pro
iocundis aptiſſima queqꝫ dabūt dij.
Carioꝛ ē illis homo ꝙ ſibi. ⁊ ſubdit
Oꝛanduꝫ eſt vt ſit mens ſana in coꝛ
poꝛe ſano. Foꝛtem poſce animum
moꝛtis terroꝛe carentē. Qui ſpaciuꝫ
vite extremum inter munera ponat.
Nature qui ferre queat quoſcūqꝫ la-
boꝛes. Neſciat iraſci cupiat nihil et
potioꝛes herculis erumnas credat:
ſaneſqꝫ laboꝛes. Et venere ⁊ cenis ⁊
pluma ſardanapali. Nos igitur fi-
deles deum colamus ⁊ deprecemur
quoniam teſte ouidio primo de arte
Flectitur iratus voce rogante deus
⁊ li. de ponto. Confugit interduꝫ tē
pli violatoꝛ ad araꝫ nec petere offen
ſi numinis hoꝛret opem: qꝛ ſcꝫ vete-
res offenſis numinibus veniam po-
ſcebant. Deo igitur peramplius id
faciendū eſt: qꝛ ipius ineſtimabilis
pietas ⁊ poteſtas. Sed parum cul-
tus ⁊ oꝛatio proſunt niſi coꝛ ſentiat
quod exprimunt voces. Unde pro-
ſper li. epigrā. Laus verace deo de-
promitur oꝛe peccantis. Si qua fal
ſa voce fluunt intima coꝛdis habēt.
Qui dedit vt querat addit vt inueni
as. Sed deus effectuꝫ precibus nō
ꝓſtat iniquis. Quem bonū ſine fine
bono ꝑſiſtere repto. Querere nō ha-
beant talia vota modum. Nam qui
ſe nullo iā munere credit egere. Cre
ſcere non cupiens perdit adepta te-
pens. Que verba nil aliud ſonāt: ni-

ſi ꝙ vir catholicus iugiter deuꝫ ora
re debet: ⁊ non exiſtimare ꝙ nullo e-
geat: qꝛ ſic opinari p̄ſumptio ⁊ non
oratio eſt. Ut autẽ orationi fideles
melius vacare poſſint: ſacris diebus
cultus p̄cipitur exhiberi: vt que cete-
ris ferijs homo p̄termiſit diebus ſup
pleat colendis. vnde ſene. ad luciluꝫ
ep̄la. xviij. Feſtiuis maxime diebus
aīo imperandum eſt: vt a voluptati-
bus maxime abſtineat. ouidius li. de
faſtis. Proſpera lux oritur linguis
animiſq̃ fauete: lite vacent aures in
ſanaq̃ protinus abſint: qꝛ ſcilicet die
bus ſacris paci ⁊ orationi eſt inſiſten
dum. vnde tibullus li. ij. Luce ſacra
requieſcat humus requieſcat arator ⁊
graue ſuſpenſo vomere ceſſit opus.
⁊ ſubdit. Omnia ſunt operata deo nõ
audeat vlla lanifica penſis impoſuiſ
ſe manuꝫ: itaq̃ nullus opibus ſacris
diebus intendere debet. Abſit tamẽ
vt credat aliquis ab opibus pietatꝫ
ſe fore excuſatum. Nam qui pietatẽ
p̄termittit iniquus eſt. nullo autẽ die
inique agere licet. vnde p̄ſper in epi-
gram. Non recto ſeruat legalia ſab
bata cultu: qui pietatis opus credat
in hijs vetituꝫ. Nulla dies actus bo
minuꝫ nõ dãnat iniquos. Omnia cõ
ueniunt tẽpora iuſticie. Ex quibus
oībus cõcluditur ꝙ ſacris diebus ſic
a labore eſt deſiſtendum: vt pietatũ
munera nõ p̄termittant. Naꝫ in bo
nis opibus cult⁹ dei maxime ſeruat.

Ca. iij. de idolatria ⁊ de nomini-
bus deorum ⁊ dearum.

Veteres deum inquire
re nequientes in quã-
plurima turpia dela-
pſi ſunt. vnde quia de
um verum nõ cogno-
uerunt. ideo finxerunt deos ſimula-
chra depinxerunt. ſic enim legimus
hermetem ſtatuas poſuiſſe. Egypti
us quoq̃ deos poſuit ab hominib⁹
productos. Pompilius quoq̃ de-
os fabricauit: quos ſecum ſepeliuit.
Alij quãplurimi deũ inquirendo nar
rauerunt: vt narrat auguſtinus. xiiij.
de ciui. dei. Horuꝫ igitur theologia
nõ eſt ipſa quam fides profitetur: ſꝫ
ipſa eſt fabula que ſub ſpecie doctri-
ne falſiſſime colorare conantur: vt tã
git auguſtinus. xiiij. de ciuitate dei.
allegando marcum varronem. Di-
ſcant igitur chriſtiani horuꝫ aſſertio
nes deteſtari quorum ſtudium fuit
nouos excogitare deos: varijſq̃ or-
namẽtis figmentare ſollicitati ſunt.
Nempe dixerunt barbatũ iouem im
berbem mercurium ſaturnum ſenem
⁊ fauſtuluꝫ floribus preeſſe credide
runt. Innumerabilibus ſuperſtitioni
bus deos perſcrutati ſunt: quorũ om
nium pater fuit ninus rex aſſiriorum
idolatra p̄mus de quo refert petrus
comeſtor in hyſtoria ſcholaſtica.
Refert enim ꝙ cum fuiſſet mortuus
belus pater nini. Tunc ninus ad ſub
leuamen doloris imaginẽ p̄ris fecit
Cui imagini tanq̃ deo reuerentiaꝫ

exbibebat;alioſq; exbibere faciebat. Quinimo ad ſe venientibus indulgebat:ſi qd mali egiſſent dūmodo pris imaginem reuerebatur. Dicta autē fuit prefata ſtatua aut imago bela nomine patris nini q belus vocabatur Cuius rei occaſione alienatões ſtatuas erexerunt:⁊ iuxta ſua ydiomata nūcupauerūt. vnde apud aliquos fuit bel. apud alios baal. aliqui baan alij belphegor:alij belſebucb acceperunt:vt dicit iſido. viij. etbimo. Rurſus apud egyptios iſis:apud cbretā iupiter:apud mauros iuba:apud latinos faunus:apud romanos quirinus:apud athenienſes minerua:apd ſamum iuno:apud paphos venus: apud lemnos vulcanus:apud naxos liber: apud delos apollo. Rurſus apud romanos eſculapius deus medicine nuncupatus. Babilonij quoq; bel idolū acceperunt de quo ſuperius. Et greci complures precipuū deum ortorū nuncupauerūt. Belſebucb quoq; de quo ſupius fuit deus in acbaron ⁊ interpretatur deus muſcarū naz ſebucb muſca eſt. Hij ergo ſunt dij de quibus ꝓpheta. Quoniā oēs dij gentium demonia. Rurſus que legimus cōmemoremus. Legimus enī ꝙ ſaturnus origo deorū a paganis deſignatur. ⁊ ideo ſaturnus dictus eſt a tpis lōgitudine ſeu a ſaturitate annorum:qr ipm antiquiſſimū ferunt de quo etiā fertur ꝙ filios ſuos deuorauit;patriſq; celij abſcidiſſe genitalia fertur. Alij quoq; dicūt ꝙ ex ſuis genitalibus in mari proiectus nata eſt venus. Ceterū alij iouem a iuuando dictum patrē deorum appellant ipmq; optimū referunt. Et qnq; fingunt taurū eo ꝙ europam rapuit. taurus enim maxime libidinoſus eſt. qnq; etiam ipi fingunt eum aquilā modo ſerpentē modo agnū ſm varietatem eorū que feciſſe creditur. Ceterum alij dicunt. ianum celi ianitorē ſeu ianuā deuſq; facies ipm habere ferunt ⁊ ex cōſequenti bifrōtem ipm appellant. Ecce qualis deus monſtruoſus eſt. Alij quoq; neptunū deū aquarū ꝑdicauerūt. alij dicunt vulcanū deum ignem. Unde vulcanus quaſi volicanus:qr ſua velocitate fertur volaſſe per aera more ignis. De iſto dicit omerus ꝙ fuit ꝑcipitatus de aere in terram. ⁊ exinde fulmina oriri putant. Ipſe etiā vulcanus de femore iunonis fingitur natus. Et fertur claudus more ignis q nunꝙ recte:ſed curuatim mouebatur ceterū alij plutonē deū affirmauerūt quē latini vocāt dieſpitrem. Alij vo orcū ipm nūcupāt. ⁊ fert receptator mortuorū deuſq; īferni apoetis fingit alij q; liberū depinxerunt more muliebri delicatum ⁊ deū libidinis ipm deſcripſerunt. Sed quidā dicunt ꝙ ipſe nō libidinis:ſed potius deus vini nūcupatur qui alio nomine bacbus dicitur:ferturq; cornutus ⁊ corona vitrea coronatus. Inſuper alij fin-

gunt mercurium pennas habere fer
turq; deus sermonis et eloquentie.
vnde mercurius sermo eſt. Pingi-
turq; mercurius cū capite canino:et
alias in capite ꝛ pedib⁹ habuiſſe fer
tur.furtiq; magiſter credit̄. Inſuper
alij dixerunt martem deū belli. Apo
linem deū medicine: qui etiam phe-
bus ſol vl' titan appellatur. Ceterū
vltra deos alij deas elegerunt. qui-
dam enim dyanam quā dicunt binā
atq; virginem ſuſceperunt. ꝛ dicitur
dyana. quaſi duana eo ꝙ die ꝛ no-
cte apparet. ꝛ alio nomine lucina vo-
catur. Alij aūt cererē in deam elege-
runt per quā terrā intellexerunt quā
dixerunt magnā matrem atq; vehi
in curru cum tympanis ꝛ cymbalis.
Alij autē mineruam vt dictum eſt.
Elegerunt vt athenienſes qui eam
dixerunt multorum ingeniorū inuen
tricem. Et dicunt eam de capite io-
uis natam: in cuius pectore fingunt
caput gorgonis. Alij aūt elegerunt
palladem que pallantem gigantem
ſic dictum interfecit. Alij elegerūt ve
nerem vt ſuperius dictum eſt. Rur-
ſus gentilium aliqui cupidinē que di
xerunt deum licet videatur nomē fe-
mineuʒ: ꝛ hunc depinxerunt ſub for
ma pueri: ꝛ dixerunt ipm̄ deum forni
cationis. vnde ꝛ ſagittaʒ ꝛ facem te
nere fingitur: q2 lubricus amor mo-
re ſagitte vulnerat: ꝛ more facis in-
flammat. Ceteruʒ greci dixerūt pan
deum ruſticorum quē latini vocant
deum ſiluaruʒ: ꝛ hunc fingunt habe
re cornua ad ſimilitudinem ſolis ꝛ lu
ne: rubetq; eius facies ad ſimilitudi-
nem etheris. Et fert. vij. fiſtulas qui
bus armoniſat: caprinaſq; vngulas
habere legit̄. Inſuper apud egypti-
os maximus deus fuit dictus ſera-
pis: qui cuʒ primo fuiſſet rex argiuo
rum dicebatur apis: ſed poſtmoduʒ
trāſuectus fuit in egytum ibiq; mor
tuus ſerapis appellatus eſt. Ceterū
apud paganos faunus fuit deus ſic
vocat⁹ a faueo es: eo ꝙ fauebat eis
ꝛ futura predicebat. Hijs ergo de-
luſionibus gentiles adheſerunt fata
q; ſua dixerunt deos ꝛ fortunam de
am dici nō pretermiſerunt: deaſq; a-
quarum nymphas appellarūt ꝛ de-
os quos in domo colebant dixerunt
penates: deoſq; mortuoꝝ manes nū
cupauerunt. Itaq; in ſuis erroribus
perſeuerantes viam veritatis igno-
rauerūt. Rurſus poſco vt errores de
lucidemus: natiōibuſq; diuiſim aſcri
bamus a caldeis incipientes de qui
bus refert nathor. ꝙ caldei deum
neſcierunt: ſed elemēta ꝛ creaturas
coluerunt: ſuoſq; deos cuſtodientes
ſtatuerunt: ne a confinibus raperen-
tur. Heu quales dij q̄ cuſtodia egēt.
Ipſorum aūt caldeoꝝ plurimi igneʒ
poſuerunt deum: eo ꝙ omnia deuo-
rare videtur: ſed modica eſt ratio im
mo ridiculoſa: q2 ſaltem videre po-
tuerunt ꝙ ignis ab aqua extinguit̄.
Ceterū grecorum errorē narremus

qui dicentes ſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Elegerunt enim in deū ſaturnū comeſtorem filiorū iouem ſm eos adulterum herculē hebrioſum. ecce quales dij. Ceterū egyptij deteriores aīalia bruta coluerunt: vt ouem vitulum hircū et porcum coruū accipitrem vulturē aquilam cocodrilum lupum ſymeā dracconem et aſpidem Itaqz brutis occaſione cuiuſdā vtilitatis vl' obſequij ſacrificabant: vt tāgit tul. li. i. de natura deorū. de qbus iſaye. xlij. Facta ſunt ſimulachra eorum beſtijs et iumentis ſimilia. Ceterum romani deos ineptos colebant dicentes eorū ope imperiū ſuū dilatari: vt tangit aug. iiij. de ci. dei. Cū tū gothorū gēs ipſos oppmeret idolis iuuare nequiētibus ſolo xpi nomine mediante euadere potuerunt. Nec mirū qui cū dij nō eſſent iuuare nō poterāt. vnde criſantus ad dariū Quomodo inquit poſſunt vobis eē cuſtodes: qui cū nō cuſtoditi fuerint: nocte a canibus vl' furibus rapiunt. vnde aug. li. i. confeſſionū. Nonne ergo intelligo et tonantem iouem et adulterantē et vtiqz nō poſſet hec duo Veruntamen gentiles eorum deorum teſtantur illecebras in quibus confidunt. Horum autem fabulis ſocrates et plato non adherentes deum ſummum et vnum cognouerunt.

Capitulum quartū quomodo per fidem ſaluamur.

Fides eſt fundamentum legis et cōſequenter via ſalutis. vnde fidem qꝛ plures reſpuerunt. Ideo celeſtis glorie plenitudinē nō acceperūt Neqz fides xpianos facit hēdes quātū multi reſpuerūt: ſicut romani quōdam qui infelices p fidem factos ſe putarunt. Alij vero fidē ſuſceperunt ſed ab ea receſſerūt et alij fidē quam ſuſceperūt retinēt: ſz eius opa negligunt. Hec aūt oīa faciūt: vt liberi fiant ſerui: heredeſqz per tpalia reddātur exules: qꝛ rō dominandi orta eſt p pctō: prout ait aug. li. x. de ci. c. xv. Nec tū illa vera eſt romanorū opinio qui per fidem infelices ſe factos dicunt. Reminiſcant queſo illius hyſtorie quam narrat ſaluſtius apud eos autenticus quā etiā cōmemorat augu. iij. de ci. ca. xviij. Narrat enim ꝙ res romana ſeu ciuitas roma ante fidei ſuſceptionē a hannibale ſic oppreſſa fuit: totqz milites romani exercitus corruerunt ꝙ hannibal inuaſor ipſorum tres modios plenos miſit romanis in quibus tantūmodo anuli erant q de digitis militū romanorū extracti fuerant: qui quidē milites oēs corruerant Quis eni caſum grauiorem legit. nec tū fidei xpiane quam nōdum nouerāt imputare poſſunt. Potiꝰ ergo ſtudeāt imputare pctis: qm vt ait aug. in ſuo tractatu de exordio romane vrbis: deus pmiſit romanos flagellari: qꝛ ſeruus ſci

ens voluntatẽ dñi ⁊ nõ faciens pla
gis vapulabit multis. luce. xij. Nam
in ignẽ ponit aurum vt purificetur: ⁊
cum tribula triticum purgatur. ſic et
enim puniti fuerunt vt cõuerterent.
vnde ioſephus iudeos alloquens ſic
inquit. Si vobis obeſt longeua per-
ſecutio: quid dicam ignoro: niſi quia
ſcio ꝙ illis bene eſt cũ quibus deus
quaſi diceret ꝙ ſi eis male eſt hoc iõ
eis accidit: q2 ipſos ꝓpter pctã deus
deſeruit. Quẽobrem ipſe ioſephus
egeſippus li. vi. ſic dicebat. Deus in-
quit vos deſeruit: q2 pietatis cultum
deſeruiſtis: ſperatis enĩ dñm: ſ3 qui
vos defendebat migrauit ad hoſtes
q̃ aũt colebatis romani venerantur
vos aũt offendiſtis. Hec enim ver-
ba diriguntur iudeis exiſtẽtibus in
captiuitate romanorũ. vnde ibidem
ſubditur. Non in multitudine ſed in
timore dñi abrahaz penetrauit egy
ptum. dormiebat abrahaz ⁊ torque
batur pharao. Moyſes cõtra egy-
ptios orabat. Joſue gedeon ezechi-
as nõ virtute ſed orõne ꝑualuerunt:
qm̃ nõ in multitudine exercitus belli
victoria: ſed de celo eſt fortitudo: vt
dicit. i. machab. iij. ⁊ iudi. viij. Si de
us nobiſcũ eſt: cur apprehenderunt
nos hec oĩa. ſ. mala quaſi diceret ꝙ
malum nõ habent qui cũ deo ſunt ꝑ
fidem. Quapropter aug. epl̃a p̃ma
Fidei xp̃iane impugnatores ſic allo
quitur. Qui enĩ auſi ſunt fidem chri-
ſtianam impugnare: dent precor ſi-
ne fide tales mites: tales ritus tales
iudices aut reges quales xp̃iana lex
cõmendat. Exhibeant ꝓ laboribus
talem mercedẽ ſicut fides ꝓmittit.
Noſtra ſiquidem lex cõtinentiam be
niuolentiã iuſticiã atq3 concordiam
ꝑdicat. Nunquid enim hec oĩa hone
ſta ſunt. Fortaſſis tñ ignara mẽs ſit
querula cum illa audit rõnem quor3
ignorat: illaq3 credere recuſat experi
mento que non videt. Horum enim
ignominiã redarguit aug. xxij. de ci.
ca. iiij. dicens ſtultum fore eorũ que
credunt poſtulare rõnem: q2 in natu-
ralibus plurima fatemur quorũ rõ
nem ignoramus. Cur enĩ miraris ſi
audis corpꝰ igne cremari nec tamẽ
conſumi. Nam ſicilie montes vſq3
nunc ⁊ deinceps flammis eſtuant: ⁊
integri perſeuerant. Non ergo con-
ſumitur omne quod ardet. Non eſt
ergo incredibile hominum corpora
ſempiterno ſupplicio in igne puni-
ri ſine detrimento. Unde ibidem au
guſtinus. Quis inquit niſi deus de-
dit carni pauonis: vt non putrefiat:
quod tamen auditum incredibile vi-
det. Accidit vt, apud cartaginẽ hec
auis cocta nobis apponeret. de cuiꝰ
pectore ſeruare iuſſimus. hec tñ ali-
quid putredinis inuenimus. Unde
poſt dies pluſꝙ triginta nulla corru
ptio inuenta eſt: niſi ꝙ aliquãtulum
corpulentie ſiccioris ⁊ contractioris
fuit. Quis inquit auguſtinus.
Dedit palee: vt poma immatura

maturet:vl' vt obrutas niues ſeruet
quid eſt ꝙ ignis cum pulcherrimus
ſit calore lignuz denigrat ⁊ lapides
dealbat. quid eſt ꝙ aqua frigida q̄
inimicatur igni calcem feruere facit.
oleū tn̄ quod magis eſt fomes ignis
nulla ſui ꝑfuſione feruere facit. Hoc
eniz mirabile ſi de aliqua indie regio
ne legeremus ſiue audirem⁹ ⁊ in no-
ſtrum expimentū viuere nō poſſet ꝑ-
fecte vl' mendaciū putaremus vl' grā
diter miraremur. Quid de magnete
dicem⁹ qui ferrū rapit. ſi tn̄ adamas
ei iungat̃: tunc ferrū quod rapuerat
mox remittit. hec aug. Que oīa hic
adduxi: q2 nō eſt quorūdam experiē-
tia eorū que credunt̃ nec minus cre-
denda ſunt expimento ſi careant. vn̄
geneſ. xv. dicit̃ ꝙ abrahan credidit
deo: ⁊ reputatum eſt ei ad iuſticiam.

Ca. v. de conſolatione ſpei.

Spes conſolat̃ mentē
⁊ vires eleuat: labores
patienter ferre largit̃.
vnde ſeneca in hypo-
lito. O ſpes amantiū
credula. ⁊ luca. li. ij. liceat ſpare timē-
ti. nā ſpes ꝓbet opanti vires terminā
di op⁹. vn̄ oui. li. epl'arum. Spes bo
na dat vires: ſpes bona victa timore
capit. fallitur augurio ſpes bona ſe-
pe ſuo. Ex quibus verbis apparet ꝙ
ſpes bona conſolidat operātem qua
deficiente tepeſcit. vnde tibullus li.
iij. Spes fouet ⁊ melius cras fore
ſemper agit. Itaq3 per ſpem ſperant
omnes bonū eis affuturuz. Sed fri
uola ſpes eſt illorum qui bonum ex-
pectant quod mereri nō ſtudent. gal
terus in geſtis alexādri magni. ſpes
quam meritum propriū nō preuenit
a ſpe deuiat ⁊ verum dat ei preſum-
ptio nomen. Cur enim in eo ſperas
quod tibi meritis acquirere non vis
Cur enim ſperas niſi deſideres: ⁊ ſi
deſideras: cur nō queris. Reuera nō
queris ſi habenti quod petis nō ſub-
ſeruis. O ꝙ̄ vana ſpes multorum
eſt. Plures enim credunt deum pro
picium eis cuius precepta contem-
nunt. Alij quoq3 iuuentutis pretere-
unt dies abſq3 operibus bonis ⁊ in
diebus ſenectutis ſe bene facturos
confidunt. Sed quis de longeua vi
ta ſecurus eſt. Stultus ergo eſt qui
ſpem in vite ſue diuturnitate ponit:
⁊ qui ſub ſpe vite breuis alterius ſuc
ceſſionez habere confidit. Stultus
etiam qui ſuis ſomnijs ſpem adhiben
do credit bonum affuturum. Quos
omnes redarguit cato. Somnia ne
res: nam mens humana quod optat
dum vigilat ſperat: per ſomnum cer
nit idipſum. Stulticia eſt in morte3
alterius ſperare ſalutem. Tempora
longa tibi vite promittere noli.
Quocunq3 ingrederis ſequit̃ mors
corporis vmbram. Non igitur hec
ſpes habenda eſt: ſed illa de qua pro
pheta. Beati qui ſperāt in domino

ſpera in eo ⁊ ipſe faciet. Plures aũt
in deo ſpem non ponunt: ſed abiecta
ſpe future glorie om̄e quod poſſunt
hic gaudium licet vanum accipiunt.
Dicit enim quintil. cauſa prima. Ni-
hil eſſe difficilius ꝙ differre gaudiũ
quodve𝔷 eſt de his qui viſa tant um
modo credunt: ⁊ licite ſperandis ani
mas ſuos minime alliciunt. Dicunt
enim illud oui. iij. de triſtibus. Deni-
qꝫ nõ poſſum nullam ſperare ſalutẽ
Cum nõ ſit pene cauſa cruenta mee
Hoc enĩ plurimi dicunt: dum enĩ af-
fligunt̃ ſe cãm habere omnes negãt
⁊ quod prauius eſt de ſalute nõ ſpe-
rant. Utinam dicerent illud ouidij li.
de ponto. quãuis ſit ſemper meritis
indebita noſtris, magna tamẽ ſpes
eſt in bonitate dei. Naꝫ teſte ſedulio
in carmine paſcali li. iiij. Nil difficile
eſt conferre deo cui adeſt facultas:
vt ſcꝫ poſſit planare curua mitigare
dura: ⁊ quicquid natura negat ſe iu-
dice preſtat. Et in carmine d̃ media
tore. Hic homo qui deus eſt ſpes eſt
antiqua: priorũ ſpes in fine pijs hic
homo q̃ deus eſt: qꝛ ſcilicet xp̄s ſpes
fuit antiquorũ patrum. Eſt etiam
ſpes finalis iuſtorũ. Nam ⁊ ip̄e ho
mo ⁊ deus eſt. Deus aũt ſpes oĩum
ꝯfitetur. vñ̄ orator li. ij. Certe que
humanum tranſcẽdunt gaudia vo-
tum: hoc facile eſt p̄ſtare deo cui mu
neris vſus ſit potior que nemo pu-
tat. Stulti ergo ſunt qui ſe bona ha
bituros diffidunt: ea ſi fecerint que

debent, ſed fortaſſis ideo confiden-
tiam perdunt: qꝛ inceſſanter cupiunt
⁊ quod poſſident perdere metuunt.
Contra quos ſeneca epiſtola. v. ad
lucillum. Apud cathonem noſtrum
inueni cupiditatum finẽ etiam ad ti-
moris remedia ꝓficere. Deſines in-
quit timere ſi ſperare deſieris: qꝛ ſcꝫ
illi cum timore viuunt qui ſemꝑ ſpe-
rant ea que ſecura non ſunt: nec ſpe-
rant in eo cuius eſt ꝓuidere cunctis
Felices enim eſſent ſi ſpe pretermiſ
ſa vanorum fiduciam totã in domi-
no apponerent. Nam teſte ſene. epi-
ſtola. xij. Ille beatiſſimus eſt ⁊ ſecu-
rus ſui poſſeſſor qui craſtinũ ſine ſol-
licitudine expectat; dicente domino
in euangelio. Nihil ſolliciti ſitis.
Ue igitur illis quorũ ſpes poſita eſt
in mũdo. Labilis ergo ⁊ caduca: ſed
paupertas expedita eſt ⁊ ſecura: vt
ponit ſeneca ep̄la. xvij. Omnis enim
qui cõfidentiam mortalibus prebue
runt maiori ſue neceſſitati ſuccurrere
nõ valuerunt. vnde narrat valerius
li. vij. ꝙ cum rex ganges vł̄ ſm alios
giges rex lydorum opulentiſſimus
etiam ab appolline petijt: an aliquis
mortalium ip̄o felicior eſſet: vocẽqꝫ
audiuit dicentem agilaum ſophidũ
eo feliciorem. qui tamen agilantem
pauperrimus erat: etateqꝫ ſenex: et
tamen ſui campi metbas nunq̄ ex-
ceſſerat. Ratio vero cur felicior erat:
hec eſt qꝛ pauper iſte ſecurior. rex au
tem prefatus in fortuna timidior. iõ

Lucanus li. v. O vita tuta falcultas pauperis. ⁊ iuuenalis li. iiij. Cantabit vacuus coꝛam latrone viatoꝛ. ita ꝙ in diuitijs ſpes nullatenus conſtituenda eſt. eo ꝙ in ipſis nulla eſt ſecuritas. Unde tibul. li. i. Diuitias alius fuluo ſibi cōgerat auro quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte. et ſubdit. Me mea paupertas vita traducat inerti dum mens exiguo luceat igne focus. Et ibidem li. ij. Non me regna iuuant non lidius aurifer amnis: nec quas terraruꝫ ſuſtinet oꝛbis opes. hoc alij cupiunt liceat mihi paupe cultu ſecuro vite munere poſſe frui. Que omnia cōcludunt nullā in terrenis foꝛe ſecuritatē. In quibꝰ tamen fere oēs ſpem ſuam conſtituerunt. quēobꝛem in ſpe falluntur ſua. eo ꝙ in bonis eternis cōſolationem ſibi affuturaꝫ nō pꝛeſtituunt: in quorum ſpe omnis conſolatio ſolidatur

Ca. vi. de perpetuitate anime et de ſpe vite future.

Anima de nihilo creatꝰ ⁊ nō educitur de potētia materie: vt plures putauerūt heretici dicentes aīam cum coꝛpoꝛe generari naturali ſemine coꝛruptoq; coꝛpoꝛe coꝛrumpi. itaq; poſt hanc vitam nullam aliam ſperantes lubꝛicitatē atq; voluptatē ſummaꝫ felicitatē crediderunt. Cuius opinionis fuit ariſtippus: vt in plribus paſſibus narrat aug. de ciui. dei. De talibus loquitur tul. lib. ij. de tuſculanis qōnibus. Uides inquit nō nullos pecunie cupido ⁊ gloꝛie multos libidinum ſeruos. Et policraticus lib. vij. ca. i. Mundū dimēſi ſunt nature varias ſcrutati ſunt cauſas ⁊ quaſi mola gigantea intumuerunt induxerūt ꝙ bellum gratie dei. ſed deiecti ſunt dum alleuarentꝰ. vnde ad romanos pmo. Deus illis manifeſtauit: ⁊ tm̄ euanuerunt in cogitatiōibus ſuis. et obſcuratū eſt inſipiens coꝛ eoꝛū dicentes ſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Mirum enim ſi phi poſt hanc vitaꝫ naturali dictamine dicere teneantur aīam nō perpetuari. Mirum inſuper ſi poſt hanc vitaꝫ alia nō debeat ſperari: q2 legebam nup ariſto. li. de pomo dicētem aīam virtuoſam ſuo deberi creatoꝛi cōiungi: hoieq; viuente affirmant aīam incarcerari. Itē plato in thimeo dicit ꝙ aīa ad hoc coniuncta eſt coꝛpoꝛi: vt ſcias ⁊ virtutes feneretur. Si aūt venerit cum fenoꝛe magno a ſuo creatoꝛe benige ſuſcipietur: ſi aūt nō religabitur ad inferna. Ex hijs ergo cōcluditꝰ ꝙ naturales phi dicere tenentꝰ aīam humanam creari ⁊ de nihilo fieri: ⁊ ex conſequenti ipām ppetuari. Pro cuius amplioꝛi declaratione quattuoꝛ occurrunt rōnes. Pꝛima rō eſt: q2 anima intellectiua eſt indiuiſibilis: ergo eſt incoꝛruptibilis: ꝯſequentia clara

eſt: qꝛ indiuiſibile nō poteſt alterari vl' attingi ab aliquo corꝑali ⁊ antecedens patet ꝑ ariſto. iij. de aīa dicentem ꝙ intellectus eſt ſimplex̄ immixtus ⁊ ꝑpetuus. Item patet rōne: qꝛ aīa intellectiua eſt locus ſpērum vt dicit̄. iij. de anima. Si ergo ſpēs locum nō occupāt vt deducit̄: ſequit̄ur ꝙ aīa eſt indiuiſibilis in qua recipiūtur: qꝛ quicquid recipit̄ in aliquo recipitur ad moduʒ recipientis. Sed ꝙ species nō recipiant̄ occupatiue ſatis patet. Quis enʒ tam hebes eſt vt dicat species ſeu ꝯceptus humanos locum occupare. Nam tunc dicere oportet virū multū ſapientē nō poſſe ſapientiorem fieri: qꝛ ſui cōceptus totaʒ eius aīam occuparent. Itaqꝫ noui cōceptus non poſſent ſuꝑaddi quod dicere ridiculoſum ē, ideo dicebat actor ſex principiorūʒ ꝙ aīa nullum locum occupat. Secunda rō eſt qꝛ aīa libera eſt eo ꝙ habet liberum arbitrium: vt patet ꝑ boetium. v. de ꝯſo. Ergo non ſubeſt influentijs ſuperioribus: ⁊ ꝑ ꝯſequēs nō eſt corruptibilis. Naʒ ſi eis ſubeſſet: tunc etiā tanꝙ̄ brutum ſm̄ diuerſitatē influētiarum neceſſitaret̄: cuius oppoſitū experit̄. Ideo ſene. in ſuis tragedijs li. iiij. narrat qualiter oīa entia naturalia in certi legibus ſtabilita ſunt quas non poſſunt relinquere. homo vero nullas habet leges quas infringere nō poſſit. Concludamus ergo cum ariſto. primo de anima. ꝙ anima ſeu intellectus eſt quid diuinum ⁊ immortale. Tertia ratio eſt: qꝛ anima ſeu intellectus reflectitur ſupra ſe qꝛ experimur ꝙ aīa cognoſcit ſe cognoſcere ꝑ actum reflexum quod nō pōt facere aliqua virtus ſeu potentia organica vl' corporalis, ergo aīa eſt res ſpūalis ⁊ ꝯſequenter incorruptibilis. ideo dicit ariſt. iij. de anima ꝙ intellectus eſt ſeparatus ab alijs potentijs ſicut perpetuū a corruptibili. Quarta ratio eſt: qꝛ iuſticia eſt virtutum preclariſſima: vt dicitur. v. ethi. Debet igitur maxime cōuenire primo enti, cum ergo experimur in vita preſenti plures impios ſublimar ⁊ iuſtos calūniari ⁊ opprimi ponenda eſt vita poſt hanc vitam in qua iuſticia vnicuiqꝫ fiet. al's enim dicere oportet vniuerſum per iuſticiam nō regulari atqꝫ ſupremum iudicem iuſticia non illuſtrari quod incredibile apparet. Ex hijs ergo ratiōibus cōcludere poſſumus an mā eſſe perpetuam. aliamqꝫ vitam poſt iſtam debere ſperari. Ex quo ſequitur ꝙ anima de potentia materie non educitur: ſed potius de nihilo creatur: vt prius notabat̄. Ideo dicebat themiſtius philoſophus: ꝙ inter omnia miranda in rebus naturalibus miranduʒ eſt de anima. Hoc enim narrat commentator auerois primo de anima. His rationibus tamen non obſtantibus: plures in ſpeculis vanitatis mundum vt ꝑadiſum elegerūt

qui ſimiles ſunt tygridi:de qua narrat plinius naturalis ꝙ a venatoribus per ſpecula frequēter decipitur. vnde venatores catulum ſuū ſibi volentes auferre in via ſpecula ponunt cunq3 venatores catuluꝫ ſuū deportant ipſa tygris venatores inſequit. ſed in via ſpeculū inueniens in eiſq3 ſuam ſimilitudinē ꝓſpiciens catulū ſuum putat ſe inueniſſe. ſicq3 catulū ſuum perdit ꝛ deportari permittit. Similiter faciunt mundi amatores q2 leticiā vanam cum habuerint paradiſum inueniſſe credunt:ꝛ ita catulum ſcilicet animā eis collataꝫ damnari permittūt. Unde venatores ſcilicet demones humanā fragilitateꝫ cognoſcentes eorum oculis ſpecula mundane ꝛ humane vanitatis preponunt:vt in eis delectari atq3 quietari ſtudeant;celſamq3 felicitatē acquirere pretermittant.

## Ca. ſeptimum de charitate ꝛ bona amicitia.

AMicitia omnis boni exordium eſt ſi bona fuerit:tunc bona vero eſt:ſi inter bonos extiterit. Als enim amicitia nuncupari nō videtur:qm̄ amicitia precioſiſſimum genus eſt diuitiarum. Jnimicorum aūt fedus nō precioſum ſed vile eſt. Ergo amici fieri ſtudeamus;amicitiaq3 in chriſto ſit Tunc enim ꝓſperabimur in ſpiritu mutuis monitionibus ꝛ orationib9 ꝛ in corpore mutuis ſubſidijs atq3 adiutorijs tunc eadem erat volūtas idem deſideriuꝫ. Quid enim melius aut optabilius his. quēobrem ſene. epl'a. iij. dicit ꝙ vbi eſt idem velle et idem nolle:ibi dulciſſimum ꝛ honeſtiſſimum manere eſt. quoniā cōcurſus ſenſuum ꝛ vnitas voluntatū tan ꝙ riuuli amicitie ſcaturiſant. Unde ambro. iij. de offi. Cuſtos inquit pietatis eſt amicitia que facit vt ſuperior inferiori ſe exhibeat equalem:ꝛ inferior ſuperiori. inter enim diſpares nō poteſt eſſe amicitia. Plurimum tamen amicitia fallax eſt ꝛ in momento deficit. Et ideo eccleſiaſtici. xij. dicitur ꝙ nō cognoſcitur amicus in bonis:nec inimicus in malis:ſꝫ lex amicitie hec eſt:vt nō plus vl' minus velit diligi ꝙ diligat:vt inquit tulli. li. i. Nempe beatus augu. li. iiij. cōfeſſionum. verum amicuꝫ ſe habuiſſe narrat. Unde ipſo mortuo plangebat eū dicens ꝙ perdiderat dimidiuꝫ vite. Et ibidem concludit ꝙ nō eſt vera amicitia niſi fuerit cōglutinata charitate. Huius eniꝫ amicitie chriſtus exemplū dedit. luce. xxij. dicens. Nō dico vos ſeruos ſed amicos. ſeneca epl'a. ciij. Quēdam plangentē filiuꝫ redarguit dicens. Quid inquit faceres ſi amicū perderes:exquo paruulum incerte ſpei ſic plangis:quaſi diceret ꝙ filio preferēdus eſt amicus

ſi verus fuerit. Sicut tamē dicit tul
lius li.i.de offi. In amicitia nulla pe
ſtis maior eſt q̄ adulatio ⁊ vitioſa ſi
mulatio que verum iudiciuꝫ tollit et
amicitiam adulterat. vnde aug.x. cō
feſſio. dicit ꝙ amici adulantes ami-
citiam ꝑuertunt: ⁊ inimici litigantes
plurimum corrigunt. Nec tñ amici
ſunt quoꝝ bona diuidunt: quoniā
ſicut dicitur .ix.ethi. ⁊ cōmentator ibi
dem. Amicis eſt anima vna ⁊ oīa
communia. nec eſt amicus: niſi amico
cor ſuum prebeat: vt ponit tul. vbi ſu
ſupra. ⁊ aug.ij.cōfeſſio. dicit ꝙ amici
tia dulcis eſt ꝓpter bonitatem ani-
morum. ⁊ qui amicus eſt amico oīa
cōmunicet. Prima tñ lex amicitie ē:
vt ab amicis honeſta petamus. inqt
tul. vbi ſupra; vnde valerius li.iiij.ca
pi.vi. de pluribus narrat quoꝝ vnuſ
pro alio hoſtibus ſe obtulit. Itē nar
rat de duobus qui dicebant̄ damon
⁊ pithas qualiter cum dionyſius ty
rannus voluit vnum occidere alius
expoſuit ſe morti. quod cum vidiſſet
tyrannus admiratus ſupplicium re-
miſit. Nam ⁊ aug.iiij.cōfeſſio. de a-
mico loquens dicebat. Neſcio inq̄
an vellem ꝓ illo mori. Similiter enī
legitur de horeſte ⁊ pilade ꝙ magiſ
eligebant ſimul mori q̄ nō ſimul vi-
uere. Etenim ſi attendamus homo
ex natura amicari debet: quoniaꝫ di-
cit ſeneca li.iiij. de benefi. Hominem
nō faciunt vngues neq̧ dentes terri
biles: ſed nudus natus eſt: vt nulli vi

deatur inimicus. ⁊ ibidem concludit
ꝙ ſocietas dedit homini dominium
aīalium ⁊ imperium gentium. His
itaq̧ ſermonibus patet q̄ vtilis ſit
ſocietas atq̧ amicitia quaꝫ plurimi
veteres habuerunt. Unde fertur de
duobus mercatoribus qui ita ſe dile
xerunt: vt vnus eorum qui egyptius
erat vxorem ꝓpriam pulcherrimam
alteri amico relinqueret; eo ꝙ ipſius
amore languebat: quam tñ vxorem
ipſe egyptius nunq̄ cognouerat. In
ꝓceſſu vero tpīs contigit egyptium
ꝓpter homicidiū morti condemnari
qḋ ſciens amicus qui beneficiū ſuſce
perat venit dicens ſe homidiuꝫ feciſ-
ſe: ⁊ loco illius ſe moriturum obtulit
malebat enim ꝓ amico mori q̄ ami
cum mori irremuneratū. ideo ſapiēs
dicebat: ſi inueneris amicū fideleꝫ ſit
tibi ſicut anima tua. Sed reproban
di ſunt hij qui amicos querūt vt ab
eis illicita obtineant. Uerūtamen te
ſte tul. lex amicitie eſt vt nō rogemuſ
turpia nec faciamus rogari. Sunt
etiā redarguendi qui oēs putāt ami
cos. ideo ſapiens. multi inquit ſint ti
bi pacifici: vt vnus ſit cōſiliarius ex
mille ſcꝫ amicus tuus de quo atten-
das ꝙ bonus ſit. Nam maximū ge-
nus infortunij ſcias tibi contigiſſe ſi
de ꝑuerſo amicū facias; aut ſi amicū
te habere putes cū nō habeas. Sed
nunquid experimur malos frequen-
tius ceteris amicari: feruētiorı́q̧ fe-
dere ſibiinuiceꝫ adherent q̄ plurimi

quorum fama virtuoſa promulgat. Verũtamen teſte tulli. iij. de offi. In malis fictio eſt: in bonis vero amicitia. vnde ariſto. viij. ethi. deſcribens tres ſpecies amicitie oſtendit ipſas cõſiſtere in triplici genere boni. Omnis ergo amicitia in bonis eſt. Vñd augu. iiij. cõfeſſionum. Statim poſt principiũ dicit ꝙ nõ eſt amicitia niſi inter habentes charitatẽ. Qui enim ex charitate ſe amãt: ſunt de numero eorum de quibus hiere. ix. dicit. Omnis amicus fraudulenter incedit. tales nõ charitate ſed vtilitate ſepius federant. iuxta illud ouidij de ponto Vulgus amicitias vtilitate probat. Quamobrem talis amicitia minime durat aut ſaltẽ neceſſitatis tpe: vt cõmuniter nõ perſeuerat. Verum naturalis amicitia bene ꝑdurat. Naȝ declarat ariſto. viij. ethi. Fratres ſe diligere mutuo debere: qꝛ eandem naturam cõmunicant. Et ſignanter illi q in xp̃o fratres ſunt atqȝ legem xp̃ianam ꝓfeſſi ſunt. illi potiſſime diligere debent: qm̃ frater qui iuuat a fratre quaſi firma ciuitas: vt inquit ſcriptura. Narrat enim valerius li. v. c. v. ꝙ cuȝ quidã miles in caſtris pompei alium quẽdam militem interfecit ipſumqȝ iacentẽ ſpoliaret: ſtatim vt ſuũ fratrem germanũ eſſe cognouit: deos de tanta impietate victorie criminari cepit. Unde precioſa veſte fratrem ſuum operuit mortuum: ⁊ protinus eodem gladio ſuo quo illuȝ interfecerat pectus ſuum penetrauit: ⁊ ſuper corpus fratris ſui ſe ꝓſtrãdo flãmis ſeipſȝ cremãdũ exhibuit. Idẽ etiam narrat aug. li. ij. de ci. ca. xxvi. Inſuꝑ valeri⁹ vbi ſupra narrat de fabio qui triumphuȝ victorie ſibi oblatum reſpuit: qꝛ frater ſuus in illo prelio ceciderat. Si ergo chriſtiani ex lege ⁊ natura fratres ſint ꝓ ſeipſis merito certare debent: nullaqȝ diſceſſio inter fratres debet oriri. naȝ li. vij. eccleſiaſtice hyſtorie ca. xxix. narratur de duobus ꝙ ipſi ſtagnum vnũ commune habebant: ſed concordes eſſe nõ poterant. vnde bella mortalia ꝙ̃ plurima commiſerũt. Ad quos diuina ꝓuidente gratia greg. ceſarienſis peruenit: ⁊ videns fratrum furiaȝ ꝓ modici ſtagni diuiſione ſic dicebat. Nolite o filij rationales animas veſtras pro mutis animãtibus ſcȝ pro piſcibus violare: ne queſo fraternam pacẽ cupiditas diſſoluat. Et ſubdit ibidẽ ꝙ ꝓ orõne fuſa aque illius ſtagni euanuerunt: ⁊ vbi erat ſtagnum vſqȝ in hodiernũ dieȝ campus habetur. Sic etiam ipſe poſtulabat ne fraterna pax dilueretur. Inſuper narrat pompeius li. ij. ꝙ xerxes ſe debere regem eſſe affirmabat: ſed cũ frater ſuus obſiſteret ipſi pariter cauſam ariſterno paterno ſuo cõmiſerunt qui cognita cauſa xerxen prepoſuit: cuius frater contentus extitit. Itaqȝ omne litigium ſopitum fuit: muneraqȝ ſibi inuicem dederunt. Merito igitur n

crepandi ſunt chriſtiani qui pro ſimi
libus tota die pugnant nec fratrē li-
berare:ſed potius inuadere petunt.

Capitulum octauum de vera
amicitia ⁊ de eius vtilitate atqꝫ fide
litate.

TEſte tullio de amici-
tia. Amicitia omnibꝰ
rebus humanis ꝑpo-
nenda eſt:nihilqꝫ ē na
ture tam aptum tanqꝫ
conueniens ad res proſperas vl̕ ad-
uerſas quanta ſit vis amicitie.⁊ ſub-
dit.Eſt autē amicitia nihil aliud niſi
omnium diuinarū humanarumqꝫ re
rum cuꝫ beniuolentia ⁊ charitate cō
ſenſio.Idem tullius in rhethorica ſe
cunda.Amicitia eſt voluntas erga
aliquem bonarum rerū illius ipſius
cauſaqꝫ diligit cum pari voluntate.
Ex quo aperte apparet ꝙ amicitia
paritatem ſemper pretendit. Unde
ſecundus philoſophus.Quid eſt a-
micitia:equalitas animorum.Quid
amicus deſiderabile nomen:homo
vix apparens infelicitatis refugium
inde ſinēs felicitas.Nempe amicus
raro inuenitur:in penuria ꝓpiciatur:
et indeſinenter amicatur. Als enim
amicus non eſt. Aliqui autem ami-
cos ſe dicunt cum bona dederunt q̄-
dam:ſed amicus non es:niſi teipſum
animumqꝫ dederis. Unde ſeneca li.
vi.de benefi. Neſcis q̄tum ſit amici
tie precium:ſi non intelligis te ei da-
turum quem diligis.Rem ſeculis ra
ram que non alicubi magis deeſt q̄
vbi creditur abūdare:q2 ſepius cre-
ditur amicitia magna vbi nulla eſt.
Uerumtamen amicitie munus om-
nium virtutum munera confert:et q̄
duo ſunt ad vnum redigit: mirabili-
qꝫ paritate diſperes vnit. Unde cal-
cidius in ꝓhemio ſuper thimeo pla-
tonis.Tanta vt opinor eſt vis ami-
citie ꝙ parificat res ex ſe diuerſas:
cum alter ex amicis alteri voto com
placiti operis adminiſtrat effectum
nam amicitia multos diſpares col-
adunat.Nec tamen vera eſt amici-
tia eorum qui quoſdam ſtulte dili-
gunt:atqꝫ volendo amicitie donum
exhibere ſeipſos damnificant ⁊ con-
cutiunt.quos redarguens catho ſic
ait.Dilige ſic alios:vt ſis tibi carus
amicus.Sic bonus eſto bonis ne te
mala dāna ſequantur .Talis igitur
abſit amicitia:ſed vera ⁊ diſcreta nō
pretermittatur:quia teſte eodem ca-
thone.Utilius regno eſt meritis ac-
quirere amicos. Et hecaton ſtoicus
quicquid profeci hoc eſt ꝙ amicus
eſſe cepi. Nihil igitur amicitia vtili-
us:nihil in rebus humanis deſidera
bilius.vnde quintilianus cauſa.viij.
Non reperio in rebus humanis ali-
quid preſtantius amicitia. Et ſub-
dit. Quid enim fore humano ge-
neri felicius: quam ſi omnes poſ-
ſent eſſe amici. Omnia enim mala

diſcederent. Vnde in prouer. ſapientum dicit. Quid dulcius q̄ habere amicū cum quo omnia audeas: quez ſic credas vt te. cui ſic loquaris vt tecum. multi tales amicos habere voluerunt ⁊ ipſi tales eſſe non poſſunt. vnde tul. li. de amicitia preallegato cōſimilem ponit ſniām. Rurſus par amici pdeſt: niſi amicorum cōſtans ⁊ fidelis adheſio fuerit. vnde ſeneca in thieſte quos verus amor tenuit tenebit. vnde auguſtus ceſar amicitiā nō facile amiſit ſed cōſtantiſſime retinuit: vt refert ſuetonius li. ij. Nam amicus nō eſt qui cito deſerit amicum nec amicus qui de amico cito male iudicat. Tullius li. de amicitia boni viri ⁊ ſapientis eſt hec duo tenere in amicitia. primum eſt ne quid fictum aut ſimulatuz ſit. nam aperte odiſſe magis laudabile eſt q̄ occultare ſententiam. Deinde ſuſpitionis nō debz eſſe nec exiſtimare aliquid ab amico eſſe violatum. Nempe cū ſuſpicatur iam amicū habere nō arbitrat. Heu quot ſunt verbales amici qui tempore neceſſitatis recedunt qui nullum diligunt niſi q̄tum beneficia ſuſcipiunt. Cum valerius li. iiij. Dicat ſincere fidei amici precipue in aduerſis rebus cognoſcunt. In quibus quicquid preſtat a conſtanti beniuolentia pficiſcitur. nam gratum beneficium eſt quod mercedis ſuſpitiōe caret. Abſit tamen vt aliquis credat amicorum occaſione ſe peccare poſſe aut obſequēdo ea debere agere que prohibentur. nam teſte tul. li. de amicitia. Nulla eſt excuſatio peccati ſi amici cauſa peccauerꝫ. nō debet ergo in malis amicus obedire amico. vñ valerius lib. vi. ca. iiij. narrat q cum rutilius amico indigna petenti non obediret: tūc amicꝰ dixit. Quid mihi eſt opus amicitia tua ſi quod rogo nō facis. Cui rutilius immo q̇d mihi tua: ſi pter te aliquid inhoneſte facturus ſum. ideo catho dicit. Quod iuſtum eſt petito: vl' quod videat honeſtum. Nam ſtultum eſt petere qđ poſſit iure negari. Non ergo exigit amicitia crimina p ſe mutuo cōmitti. nihilominꝰ teſte claudiano in maiori: multis delicta fuere nexus amicitie: qr ſcilicet multi amicorum occaſione peccauerunt. Hoc tñ abſit qr teſte tul. de offi. amicis non tribuere qđ recte poſſis ⁊ tribuere qđ non ſit equum cōtra amicitie officiū eſt. itaq̄ ſaluo cōſcientie iure: amicus amico ſuccurrere debet: ea poſtponendo que poſſeſſio cōtinet terrena. Vnde ſidonius li. ij. nō magis cordi eſſe debet aut voluptati ager cum redditibus amplis q̄ amicus aut vicinus ſibiipſis equalis. Omnis enim amicitia paritatē precēdit. Si ergo par eſt amicus tibi quomodo preponas amico tuas opes: ſi te ſibi parē plus opibus diligas. Hoc enim ſi feceris nec paritas nec amicitia eſt. cum galterus in alexan. lib. viij. dicat q inter

equales τ iter pares eſt nodus amo ris. Diligamus ergo animo equo a- micumq; moribus ſanū eligamus: ne vitiorū eminente turpitudine ami citiam iure deſerere oporteat. Nam quod honeſtū eſt amare natura po- ſtulat quod aūt obliquum diu dilige re rationi moleſtū eſt. vnde tul. li. ij. d offi. q2 inquit idipm quod honeſtum decorumq; dicimus p ſe nobis pla- cet. Idcirco illos in quibus hoc eſſe arbitramur naturaliter diligere co- gimur. τ li. de amicitia nihil eſt tam aptum nature tanq; conueniens ſi- cut amicitia. Sed hanc ſcio debere in ſolis bonis eſſe.. Sed precor vere antur qui vere amicitie fedus ſerua- re recuſant. Nam minime attendūt quomodo diligāt: dūmodo eius quē diligunt ſub titulo pficiant nec attē dunt ſi bonus ſed ſi diues τ in obſe- quijs pdigus. Ea aūt que poſſident ipſorū ita ſunt vt cōmunicare nō au deant: niſi cōmunicādo ſua bona am pliari videant. amicorū tamē omnia debent fore cōmunia. Terentius in adelphis vetus verbum hoc eſt com munia eſſe amicorū inter ſe omnia. τ ſaluſtius in catilina. Idem velle: et idem nolle ea demum vera amicitia eſt. itaq; etiā ſi quis a culpa vacuus in amicitiā prauorum incideret quo tidiano vſu atq; illecebris faciliter ſi milis ceteris efficitur. Caueat ergo qui amat vt quem diligit bonus ſit: in malo enim amicitia nō eſt. Unde

idē ſaluſtius in iugurtino. Omnes eadem cupere eademq; odiſſe inter bonos amicitia: τ inter malos fictio eſt τ nō amicitia. Quomodo eniz a- micitia eſſet ex quo peccatuz eos co- pulat. Nempe vnum vitiū aliud tra hit: τ ſi auarus fuerit amicus: forte ſuperbus erit: ſi aūt ſuperbus ira ſu- perueniet: ecce qualis amicitia. nul- la enim eſt ex quo pctō maculatur. Quis enim diuiſit angelos amicos ſuperbia. Quis fratres pmos: auari tia. Sic τ plures qui putant amici ſi milibus ex cauſis diſſoluunt. Nam inter amicos debet fore charitas ſi- ne temeritate: cōmunitas ſine cupi- ditate. vnde ſeneca epla. xlviij. Con- ſortium rerum oīum inter nos facit amicitia. τ ſubdit. Omnia cū amico cōmunia amicus habebit. Nam pi- thagoricorum opinio fuit amicorū oīa eſſe cōmunia τ amicum eſſe alte- rum ſeipm: vt refert hiero. cōtra rufi- num. vnde ouid. iiij. de triſtibus Mij duo corporibus mētibus vnus erāt τ loquit de amicis. τ arator libro. ij. repellitur in diuerſa trahens cum ſpi ritus efficit vnum que vanitas ex cō cordia venit. Concordia vero in bo- nis eſt. vnde pſper li. epigrā. Mori bus iniuſti pulchra eſt concordia pa cis. O igitur poſco inquiramus quo pacto queat vera amicitia vendica- ri. Audiamus ouidium li. iij. de arte ita dicentem. Ut ameris amabilis eſto. dulcibus eſt verbis alliciendus

amor. Unde matheus li. de thobia. Est brauio dignus amoris amor. & hecaton stoic⁹ si vis amari ama. Ex quib⁹ apparet ꝙ nullo laqueo amor tam cito capit sicut amore qui obsequiorum dulcedine ꝯseruatur. vnde catho. Uincere cū poſſis interdū3 cede ſodali. Obſequio quoniā dulces retinentur amici. Ira odium generat cōcordia nutrit amorem. Sunt quidam qui ferre decet pacienter amicum. Itaq3 mutuis patientijs amicabilis conuictus ſeruatur: verbiſq3 beniuolis exhortatiōibus & iuſtis increpationibus inter ſapientes amor ſolidatur. vnde tul. li. i. de offi. Uita victus cōſilia ſermones exhortationes interdū: & obiurgationes maxime in amicitijs vigent. illaq3 eſt iocundiſſima amicitia quam ſimilitudo cōiugauit nec mireris ſi libeat redarguere te amicū: q2 redargutio amore ꝓlata ſapienti placet. Ceterū ſuſcitemur cur inter homines amicitie non pareant. Aut enim hoīes ſunt quales nō fuerunt: aut veteres ſicut nec preſentes ſe mutuo dilexerūt qđ abſit. Quod igitur dicendum libeat nō occurrit niſi ꝙ imparitas voluntatum & diſtinctio deſideriorū amicitie detrahit. Na3 teſte oratio in ſuis epl'is. Oderunt hylarem triſtes triſtemq3 iocoſi. Sedatu3 celares agilem gnauūq3 remiſſi. Potores bibuli: media de nocte valerni. Oderunt porrecta negantē pocula. itaq3 gulo ſi abcenos non amant nec lubrici caſtos. Quāobrem appetituū varietate confundit amor. Impijs ergo nō eſt fedus amoris exhibendum: eo ꝙ contrariū amori impedimentum habent. vnde plautus in aulularia. Cōuertus bachorum & ioca friuola nō quero vt amorē pariant: vtina3 nihil odioſum darent. Talibus igitur ineptis deſiderijs vere delectationi cōtradicit ſepe. Rurſus aīaduerti frequenter quoſdā fore amicos nō hominum ſ3 munerū. Hij ſunt ſodales nō amicitie ſed fortune de quo2 amicitia inquit ſene. epl'a. ix. Qui vtilitatis cā aſſumptus eſt tam diu placebit ꝙ diu vtilis fuerit. Nam circa diuites amicorū turba circumſedet: ſ3 circa euerſos ſolitudo eſt: q2 tales fugiunt amici vbi ꝓbantur. vnde varro in ſentētijs ſuis. Si vis amicū experiri calamitoſus fias. & quintil. cā xv. Neſcis inquit an diligat cuius experimenta nō habet niſi felicitas. plures enim in felicitate diligunt. ſ3 aduemente infortunio diſparent: q2 deeſt fortuna gratia cuius amabant. boetius de ꝯſo. iij. Quecunq3 felicitas amicu3 fecit: infelicitas faciet eē inimicum: nulla peſtis efficacior ad nocendū ꝙ familiaris inimicus. Nā cauſa deficiente amoris nimirum ſi deficit zelus antiquus. Nam tarquinus exilio datus. tunc primo cognouit quos fidos habuit amicos. In proſperitate enim nō cognouerat: vt

narrat tullius li. de amicitia. De tali-
bus ait ouidius li. de põto. Uulgus
amicitias vtilitate ꝓbat. Reuera tñ
ꝓut dicit idez ouidius. Turpe ſe qui
caſum ⁊ fortune cedere amicum. Et
niſi ſit felix eſſe negare ſuum. vñ ipſe
ouidius in exilio poſitus lib. de triſti
bus ſuis amicis dicebat. Uix duo
tres ve mihi de tot ſupereſtis amici.
Cetera fortune non mea turba fuit.
Illud amicitie ſanctum ⁊ venerabile
nomen. Re tibi ꝓ vili ſub pedibus ia
cet. Donec eris felix: multos numera-
bis amicos. Tẽpora ſi fuerint nubi-
la ſolus eris. ⁊ petronius. Cum for-
tuna manet vultum ſeruatis amici.
Cum cecidit turpi vertitis ora fuga
O qualis amicitia reuera ficta ẽ nul
liuſq; pcti nullaq; ſollicitudine q̃ren-
da ẽ. nam teſte catho. Una dies q̃lis
fuerit monſtrabit amicus. Probdo
lor tamen vt dicit matheus in li. de
thobia. Fluctuat ad ſenſuz venalis
amicus egenũ nec verus refouet nec
fabricatus amor. Marcialis cocus
hic quem mẽſa tibi quẽ cena parauit
amicum. Aprum amat ⁊ pullos ⁊ ſu
men ⁊ oſtrea non te. Tam bene ſi te
ner eſt noſter amicus erit. Tales enĩ
amici ſunt empticij ſermonibuſq; tã
tummodo coniunguntur. Mente
vero vel factis minime adherent. vn
de tullius libro. ij. Ne vos decipiant
pendentia brachia collo. Ne capiat
blanda ſordida lingua prece: quia ſci
licet a talibus cauendum eſt. Unde
ſedullius in carmine paſcal. libro. v.
Traditor immittis ferus proditor
impie latro. Quid ſanum ſimulas ⁊
amicum fraude ſalutas. Heu qua-
les q̃ ficti amici. Nam preſentibus
fauent ⁊ poſt tergum inſidiantur.
Horatius in libro ſermo. Abſentem
qui rodit amicum qui nõ defendit a-
lio culpante ſodales fingere qui non
viſa poteſt commiſſa tacere qui ne-
quit: hic niger eſt: hunc tu romane ca
ueto. Nam cauẽdi ſunt qui nec ſecre
tum tenere ſciunt: nec aſſiſtere laudi-
bus niſi preſentibus eis. Conſimili-
um itaq; diſcedat amicitia quorum
finis interitus eſt. Unde tullius lib.
de amicitia. Precipiendum eſt ho-
mis: vt ſi in prauorũ amicitias igno
ranter ciciderint ne exiſtiment: ita ſe
alligatos vt ab amicis in republica
peccantibus non diſcedant: quia nul
la tenenda eſt amicitia que recto nõ
coniungitur fini. Omnium autem fi
nis deus eſt. gratia cuius cetera de-
bent amari.

## Capitulum nonum de correctio ne charitatiua.

NOn eſt amicus qui
peccantem amicum
non corrigit. Amici-
citia enim in chriſto
eſſe debet: ſz nõ eſt in
chriſto: ſic peccata libenter ꝑmittit.
vñ catho Cũq; mones aliquẽ nec ſe

velit ipſe moneri. Si tibi ſit carus
noli deſiſtere ceptis. Quod noſti fa/
ctum nō recte nolo tacere. Ne videa
re malos mutari velle tacendo. Vul
nera dum ſanas doloꝛ eſt medicina
doloꝛis: qꝫ teſte oꝛatio in ep̄lis. Et
neglecta ſolent incendia ſumere vi/
res: qꝫ ſcilicet peccata nō coꝛrecta d
facili creſcunt. ideo tul. li. de amicitia
Monendi inquit ſunt ſepe amici et
obiurgandi: ſic tamen vt monitio a/
cerbitate ⁊ obiurgatio cōtumelia ca
ret: ⁊ tunc beniuole fiunt. Verūtamē
mos eſt hodie plurium coꝛrigi nolle
Ipſis enim veritas eſt odium. iuxta
illud terentij in andria. Obſequium
amicos veritas odiū parit. maxima
aūt in eo eſt culpa qui fraudem que/
rit ⁊ qui ſcꝫ veritatē ſpernit. ſaluſtiuſ
in iugurtino. Odium querere extre/
me dementie eſt. Illi vero odiū que/
runt qui veritate audita coꝛrectiōis
charitatiue ſub pꝛetextu impatiēter
audiunt: nec reputant amoꝛē niſi eo/
rum faueatur etiam illicite volupta/
ti. Verūtamen qui fidelis amicus ē
a coꝛrectiōe charitatiua nō deſiſtat.
iuxta illud ſene. ij. de clemētia. Ma/
lo inquit verbis offendere veris ꝙ̄
adulando placere. Verūtamen coꝛ/
rectio charitatiuā frequenter ab ami
cis pꝛetermittit̃: atqꝫ curam de alijs
minime habent. Dicunt enim in coꝛ/
dibus ſuis: quid mihi quid alij agāt
iuxta illud terētij. Vt quid aliena cu
res que ad te nō ꝑtinent. Alij vo coꝛ
rigere pꝛetermittunt ꝙ ipſoꝛum ami
ci ſuſcipere coꝛrectionē recuſant: ſed
minime recuſare debent. Omni enīꝫ
tempoꝛe coꝛrectio bona eſt. Tunc
enim beniuola dicit̃ quando aſperi/
tati aliqua dulcedo miſcetur. Unde
in ꝓuer. ſapientū dicit̃ obiurgationi
ſempꝛ aliquid admiſceas blandiciei:
zelūqꝫ dei cōmemoꝛes ⁊ in te peccā
tibus miſerearis. ſed plurimoꝛūꝫ au
res clauſe ſunt: ⁊ veritatem ab ami/
cis audire nequeunt. Utinam atten/
derent illud ſenece ep̄la. xxv. ad lucil.
Mutua inquit emendanda ſunt vi/
tia nec amo illum ſi ꝓficere non curo
malo enim mihi ſucceſſum ⁊c. ꝙ̄ fidē
deeſſe. ideo tulli. in oꝛ̄one pꝛo celio.
Admoneo enim te vt a rerum turpi
tudine caueas ⁊ ne in alterum dicas
que cum dixeris dixiſſe erubeſcas.
Sed quis audebit amicū aut aliūꝫ
redarguere. nam mundi tanta ſuper
bia eſt vt nullus redargui velit: non
ſolum pꝛiuatim aut ꝑſonaliter: quin/
imo ea que publice dicunt̃ in obpꝛo
bꝛium delictoꝛū plures male accipi/
unt: ⁊ ꝓ ſeipſis dici paralogiſant. cō
tra quos plautus in aluraria. Ne/
mo inquit ſibimet arbitretur dici ꝙ
nos dicimus pp̄lo neqꝫ ſibimet cām
cōſtituet cōmunem ex ioco. Aduer/
tant aūt alios q̄ coꝛrigere petunt: ne
coꝛrigendo ea tangant quē nouerūt
coꝛrigi nō poſſe. obſtinatis enī pꝛedi
care nō ꝓdeſt. Foꝛtaſſis enī eoꝛum
pctā creſcūt eo pacto q̄ cōmemoꝛāt̃

⁊ peccandi voluntas ex reprehenſione frequēter illis accreſcit. iuxta illd ouidij. li. de ponto. Vulneris id gen⁹ eſt qđ cum ſanabile nō ſit nō contractari tutius eſſe puto. Curando fieri quedam maiora videmus vulnera: que melius nō tetigiſſe fuit. vñ idem li. ij. de triſtibus. Eripit interdū modo dat medicina dolorem. itaq̄ correctio nō omni tpe ꝓdeſt: ſed pſona ⁊ menſura ꝯſideranda eſt. Ubi tamē quis amicū ſentit corrigere nō deſiſtat: etiam ſi moleſte capiat quod ei dicit. Durus enim animus aſſiduis correctiōibus ad lacbrimā quādoq̄ inducitur. ipſiuſq̄ furia correctionis acerbitate moderāda eſt. iuxta illud ouidij. i. de reme. Dum furor in curſu eſt currenti cede furori. difficiles aditus impetus omnis habet. ⁊ ſubdit. Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte reſpuit: atq̄ odio verba monentis habet. Et ideo ſequit Aggrediar melius tunc cū ſua vulnera tangi iam ſinet ⁊ veris vocibuſ aptus erit. Cum dederit lacbrimas animūq̄ impleuerit egrū. Ille dolor verbis ⁊ moderandus erit. Temporibus medicina valet: data tempore ꝓſunt. Et data nō apto tēpore vina nocent. Itaq̄ alium corrigere cupiens: pſertim amicū tēporis opportunitatem querat ⁊ mediocrem acerbitatem obſeruet: ne ſuperbie ſignaculum aut rancoris maneriem continere videatur: ſed potius charitatiua ⁊ amicabilis perpendatur.

## Capitulum decimum de pietate

Pietatem humanā ſuadet natura. oēs enim homines vnius nature ſumus. quāobrem penes omnes pietatiſ opera ſunt exhibenda. ſene. in thieſte Nulla vis maior pietate vera eſt. q̄ſcunq̄ enim verus amor tenuit: hos pietas tenebit: quaſi dicat ꝙ hij alios nō amant niſi pietatiſ officio eos confoueant. Attendamus enim quā qui pius eſt: alijs pietatem ꝓ ſeipſo impetrat. valerius li. v. ca. iiij. ⁊. v. humanitatis dulcedo ⁊ infrenata barbarorum ingenia penetrat ⁊ hoſtiū oculos mollit ⁊ inter diſtrictos mucrones placidum iter reperit. Nulla inquit acerbitate fortune: nullis ſordibus precū care pietatis euileſcit. Unde ibidē narrat de muliere quadam ingenui ſanguinis q̄ apud tribunal capitali crimine dānata triumuiro in carcere necanda tradita fuit: ſed carceris cuſtos miſericordia motus nō eam ꝓtinus ſtrangulauit prefateq̄ mulieris filiam ipām adire pmiſit. ſic tñ vt nullus cibus ei exhiberetur. Exiſtimans futurū vt inedia cōſumeret. Tranſactis ergo pluribus diebus mirabat carceris cuſtos cur mulier nō moreret: ſed curioſius obſeruata filia aīaduertit: ꝙ filia ſuo

vbere exerto famen matris lactis ſui
ſubſidio laniebat que pietas iudici-
bus innotuit:ꝛ prefate mulieri veni-
am impetrauit. ſimiliſqꝫ hyſtoria de
quadam alia filia ibidez narraẗ que
patrem ſuū cimona cōſimili fortuna
affectum pariqꝫ cuſtodie traditum
atqꝫ ſeniſſimum: pariter gubernauit
veniāqꝫ ei ſua pietas cōformiter im-
petrauit. Nil ergo magis ꝓpicium
vt delictorū obtineatur venia ꝙ pie
tatis exercere opa: ꝓut charitas pe-
tit. Rurſus idē valerius ibidez refert
ꝙ cum rex darius cōtra ſcythas im
petum faceret: interrogauit eos per
legatos quem finē fugiendi: aut qđ
initium pugnādi facturi eſſent: reſpō
derūt nec vrbes vllas nec agros cul-
tos habere ꝓ quibus dimicarēt ſed
cum ad parentū ſuorum monumēta
veniſſent: ſciturū queādmodum ſcy-
the preliari ſolerent. Quo dicto im-
manis ꝛ barbara gēs ab omni ferta
tis diſcrimine ſe redemit. Prima er-
go ꝛ optima rerū natura pietatꝫ ma
giſtra eſt que nullo vocis miniſterio
nullo vſu lr̄arum indigens ꝓprijs vi
ribus charitatem parentū liberorūz
pectoribus infundit. Si enim quis
etiaz loqui neſciat: nihilominus a na
tura amare pietatē docetur. vnde va
lerius vbi ſupra. Quis enī plauſtris
vagos ꝛ ſiluarum latebris corpora
ſua tegentes in modūqꝫ ferarum la-
niati pecudū viuētes: ſic dario reſpō
dere docuit: quaſi dicerz ꝙ natura q̄
doc et pietatem inuenire: ꝛ ſi nō ver-
bis: opibus tamē. Que quidē natu-
ra filiū creſi loquendi vſu defectū ad
ꝓtegendam patris incolumitatem
miniſterio vocis inſtruxit. Nempe in
ter oēs pietas eſſe debet ꝛ ſignanter
ſi cōſanguineitas aut parentela ha-
beatur. vnde ſtatius tebaidos lib. x.
Prolis amor crudelia vincit pecto-
ra. ꝛ tul. rhero. p̄ma. Pietas eſt per
quā ſanguine coniunctis patrieqꝫ be-
niuolis officium ꝛ diligēs cultus tri
buitur. vnde petronius. O maxima
rerum pietas boīum tutiſſima virtꝰ
que pietas in hoſte ꝓbatur: vt inquit
ouidi. iij. de triſtibus. His ergo attē
tis erubeſcant fideles in quibus mo
dica vel nulla pietas eſt. Fortaſſis
enim gentiliū prelibatā pietatē non
imitanẗ: qꝛ nō ſolum pietatē negant
hijs quibꝰ inimicanẗ: ſed etiā quibus
ſe amicari iactant qđ feciſſe veteres
tyranni leguntẗ. Valerius enī vbi ſu
pra ca. i. narrat ꝙ cum quidā adole-
ſcens accenſus eſſet amore filie piſi-
ſtrati: athenienſiū tyranni in publico
obuiam ſibi factam oſculatus fuit. p̄
fati ergo tyrāni ſuadebat vxor vt ca-
pitali ſupplicij puniretur. Cui tyran-
nus ſi eos inquit qui nos amāt inter
ficimus: quid hijs faciemus quibus
odio ſumus. Hec enī vox ex ore tyrā
ni de humanitate manauit. In hunc
itaqꝫ modum filie tulit iniuriam: ac
multo laudabilius ſuam. Rurſus de
eodem tyrāno refert valerius vbi ſu

pꝛa ꝙ cum traſippus eius amicus
inter cenam ſine fine cōuitio eũ lace-
raſſet ⁊ inſuper concitate temulentie
impetu euectus os eius ſputo reſper
ſiſſet: nec tñ in vindictã ſui valuit eũ
accendere. Quinimo ſuos filios vio
late patris maieſtati ſubuenire cupi-
entes retraxit: poſteroq́ʒ die traſip-
po ſe humiliante in pꝛiſtinum fedus
amoꝛis eũ ſibi reconciliauit. Ceterũ
idem valerius de pirrho rege refert:
ꝙ cum audiuiſſet quoſdã in cōuiuio
tarentinoꝛum turpia de ip̄o loquen-
tes percontari cepit a quodã qui cō-
uiuio interfuerat: an talia de ipſo di-
xiſſet: qui reſpondit. niſi inquit vinuʒ
nobis defeciſſet: iſta que tibi relata
ſunt pꝛe hiis q̄ de te locuturi eramuſ
luſus ac ioc⁹ fuiſſent. Quo dicto taʒ
vꝛbana crapule excuſatio veritatiſq́ʒ
simplex cōfeſſio iram regis cōuertit
in riſum. pꝛefatiq́ʒ regis clemẽtia ob
tinuit: vt ⁊ tarentini ſobꝛij gratias ſi
bi agerent ⁊ ebꝛij bene pꝛecarentur
Audiamus ergo pietatẽ id adeptaʒ
fuiſſe ꝙ crudelitas obtinere non ſoli
ta eſt. Illi ergo ſe homines nō dicãt
qui pietatem humanitati debitã nō
habẽt: nec debet putari magnitudo
animi virtus ſed crudelitas ſi comes
nō fuerit pietas. vnde tul. li. i. de offi-
ciis. Porro magnitudo animi remo
ta pietate ⁊ coniunctione humana fe
ritas quedam ⁊ inhumanitas eſt. et
idem libꝛo. iij. Sicut quedam mem-
bꝛa amputant̃ ſi languere ⁊ ſpiritu

carere ceperint ne noceant reliquis
partibus coꝛpoꝛis: ſic iſta in figura
hominis feritas ⁊ immanitas belue
a cōmuni tanq̃ humanitate ſegregã
da eſt. Nam pietate conditio huma
na obſeruatur ⁊ indignatus homo
mitigatur. Nam teſte hoꝛatio in epi
ſtolis. Nemo adeo ferus eſt vt non
miteſcere poſſit. His ergo concluda
tur ſermonibus: charitatis opus pie
tatem eſſe: naturamq́ʒ pietatem que
rere.

## Ca. xi. de pace ⁊ concoꝛdia.

Charitatis filia pax eſt
nec mutuo cari ſunt:
qui concoꝛditer nō vi-
uunt. vnde tul. philip-
pica ſecunda. Nulluʒ
armatoꝛũ pꝛeſidium eſt niſi beniuo-
lentia ⁊ charitate ſit ſuſceptũ. nomen
certe pacis eſt dulce ⁊ ip̄a res ſaluta
ris: nec eſt aliud ꝙ trãquilla libertas
Illa tñ nō eſt reputanda pax que vi
tiis conſentit. vnde ſene. li. de moꝛib⁹
pacem habeto cum hoībus cum vi-
tiis bellum. ⁊ fulgen. li. mitologiaꝝ
ij. Sapiẽtes viri maioꝛẽ cum vitiis
ꝙ cuʒ inimicis pugnã gerunt. Nun-
quid ergo lamentandũ occurrit: ſi vt
plurimũ pacẽ ſe hr̃e dicant. hij quoꝝ
volũtates ꝓſentanee ſunt in malum
Quõ enĩ pax erit vbi p̄nceps diſcoꝛ-
die diabolus regnat. quomodo etiã
pax eſt tecum: ſi tua voluntas tue ra-
tioni contradicat. ſi aliud vis ⁊ aliud

te debere velle iudicas. In nullo enī ſcelere pax eſt. Rurſus pacem habe-ant qui rempublicam, proſpere rege re petunt Nam teſte ſaluſtio in iu-gurthino. Concordia parue res cre-ſcunt diſcordia maxime dilabuntur, & varro in ſuis ſentētijs. Alit autem concordia mores & cohabitantium animos format. Sapienter igitur rempublicā nō regunt qui nō niſi pre lia querunt. Non ſunt enim queren-da prelia niſi vt pax melior habeat. Qui autē bellant vt pacem habeāt nō diſcordiam ſed pacē querunt: q2 ſi pacem haberent vtiq3 non pugna rent: eorum aūt pugna via pacis eſt. Qui vero pugnant pace nō intenta diſſipatores cōmunitatū ſunt. Unde tul. li. i. de officijs. Quare inquit ſu-ſcipienda quidem ſunt bella ob eam cām vt ſine iniuria in pace viuat. ita q3 bellum ſuſcipiatur: vt nihil aliud niſi pax haberi videatur. vnde didi-mus ad alexandrum. Nos bella nō gerimus: ſed pacem moribus nō vi-ribus cōfirmamus: ſola fortuna eſt aduerſus quam ſepe pugnamus: et ſemper vincimus. itaq3 nō contra pa cem ſed cōtra fortunam pugnabant ſic enim pugnantiū ſc3 contra pace3 praua intentio eſt. Unde merito ave teribus mos vſq3 ad preſentia tēpo ra habetur: vt nullis pugnare liceat niſi tractatus pacis precedat. Unde tempus ante pugnā prefigit in quo pars vna alteram alloquit. ſi autem pax inde haberi nō poſſit prelium cō ſequitur. Si qui aūt ad huiuſmodi tractatum ſe flectere noluerint arbi-trando ſe omnia obtinere poſſe nimi rum ſi caſus cōtingat illis. vnde iuli-us celſus in libro de bello gallico ipi us ceſaris libro tertio. Inter duos inquit bellantes hoc vnum tempus agendi de pace eſt: dum ſibi vterq3 confidit: q ſi alteri paululum fortu-na tribuerit: vix vtetur cōditionibus pacis qui ſuperior videtur: nec equa parte contentus erit qui omnia cre-dit ſe habiturum. Sed proculdubio qui pacem abnegat iure meretur rui nam. Ille tamen pacem nō abnegat qui ſuo renunciare iure recuſat. Ali-quando tamē vtiq3 melius eſt iuris partem relinquere q ſui occaſione animas perdere: q2 pace nil melius eſt. vnde proſper in epigram. Mori bus in ſanctis pulchra eſt concordia pacis. Spernuntur mūdi prelia pa ce dei. & lucanus lib. i. Heu qui bella gerunt. & ſubdit. Impia & eternā ru-perunt ſecula pacem. & ide3 lucanus li. ij. Minima rerum diſcordia pacē turbat. & lib. x. Nulla fides pietaſq3 viris qui caſtra ſequuntur. Uenaleſ-q3 man9 ibi: fas vbi maxima merces: q2 ſc3 plures armigeri: oē illud repu-tant eis licitū qđ eſt lucribundū. Ab ſit igit diſcordia q̄cūq3 a nobis q2 te ſte catho. Ira odiū generat ꝯcordia nutrit amorē. & prudēti9 pax plenu3 virtutiſ op9 pax ſūma labor3 pax belli

exacti preciumq; pericli. nil placitum eſt ſine pace deo: nec munus ad araꝫ ⁊ ſubdit. Omnia perpetitur patiēs atq; omnia credit. nunq̄ leſa dolet: cuncta offenſacula donat. Ex quib⁹ apparet ꝙ vir ſapiens eſt pacificus. Viri aūt pacifici munera deo placēt litigatorum nunq̄.

Capitulum duodecimum de vero ⁊ ficto amore.

Dilectio ficta vl' decipere querit; vl' ſaltem obſequi nō intendit: quicunq; tñ fuerit fictus amor ꝓditione ſuſpectus eſt. Abſit ergo talis ſed verus amor aſſiſtat: qꝛ ſingula verus amor iungit: offenſas mutuas cauet. obſequia quoq; impendere facit. virgili⁹ in bucolicis. Omnia vincit amor: et nos cedamus amori. Et virgili⁹ de amore loquens ait. Quis nō mortalia pectora cogis improbe amor. ouidius in epiſtolis. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Credula res amor eſt. auribus interdum voces captamus. Nempe qui amat ſollicite placet ⁊ nocere timet protegere querit. Unde ouidius libro ſine titulo. Felix qui quod amat defendere fortiter audet. Quid nō amor improbus audet; vt ponit idē ouidius li. de faſtis. Pauci verūtamē bene amare ſciunt Raroq; verus repitur amor: quoniā amare ⁊ ſapere vix a deo conceditur vt ex ꝓuer. ſapien. colligit. Plures etenim ideo amāt: qꝛ ꝓcium ex amore ſperant. tales aūt nō hominez ſed eius munus diligunt: qꝛ vt ponit ouidius li. ꝓallegato de faſtis. nō querit precium vitā qui debet amare. ⁊ proſper in epigram. Ancipitis vite qui vis ſuperare labores. dilige qđ ſemꝑ verus amor habet: qꝛ ſcꝫ homo dꝫ contentari de eo quod amicus habꝫ nec debet pretermitti amor ſi munerum copia deſit. vnde teſte ſidonio in ſuis epl'is. lib. v. Perfecta dilectio nō tam debet recolere quod officiorꝫ ſoluerit q̄ meminiſſe quod debeat: qꝛ ſcꝫ ꝑfecta dilectio beneficiorum q̄titatem nō cernit ſed voluntate cōtentatur. naꝫ teſte matheo in thobia Gratia dum nubit nature tunc fructus amoris plenior eſt. Nullus enī amor melior q̄ ille cuius radix non eſt cupiditas ſed gratia que vtinam in xp̄o terminet. vnde ſedulius. Fortia vincla dedit peccati ſeua poteſtas Dulcis amor xp̄i fortia vincla dedit Sed ꝓculdubio q̄ q̄ teſte ph'o oīa bonum appetunt. plurimorꝫ tamē in eſt nō xp̄o ſed vitijs amor. naꝫ in quibus nutriti ſunt hec diligunt omnes Si habeāt ergo mali quod diligūt abutuntur amato. ſi aūt careant tūc vitiorum flamma grandiori eſtuat amore. vnđ ⁊ qui paupes qñq; ſunt abſentia bona auidius cupiunt; ⁊ q̄ venereis actibus inpoſterū coinqui

nari expectant feruentiori amore li‑cet prauo anhelant, ouidi. iij. de arte. Mora ſemꝑ amantes incitat. ꝛ lib. iiij. metha. Tempore creſcit amor: q̄ magis tegitur tanto magis eſtuat ignis ꝛc. ꝛ idem li. vi. Nec capiūt in‑cluſas pectore flammas. Iſte ē mū‑danorum amor qui nō clareſcere: ſed pallere facit. iuxta illud ouidij primo de arte. Palleat omnis amans. hic eſt color aptus amanti. O vtinam a cordibus iſte recedat amor: nō ſoluꝫ allicit ſed inficit: ꝑmo placet. Tandē diſplicet: magno labore vendicatur: ꝛ cum gaudio exiguo poſſidet. talis eniꝫ eſt oīum terrenoꝝ amor. Diſcat ergo fidelis bona ſpūalia vere ada‑mare. in quibus dum ſperāt ꝛ nō ha‑bentur eſt plenitudo deſideriorum ꝛ cum poſſidentur eſt amplitudo gau‑diorum. Rurſus diſcant hoīes mu‑tuo ſe amare in xp̄o. Alius enī amor cito deperit. Experimur enim tot in ſeculo ſe p̄dicare amicos inter quos ſola fictio eſt: q2 eorū amor nō in xp̄o ſed vanitate eſt. Amor aūt van9 ſem‑per eſt fictus ꝛ amor vanitatis mor decidere ſolet. Hoc enim amore li‑beri plures ſuos diligūt parentes: q̄‑rum mortē fictis lacbrimis plangūt ſed vitā eorū nō diuturniorem cupi‑unt: de quibus ſene. epl'a. lxiij. Quis autem ferat hos qui negligentiſſime cum amicos habeant miſerrime lu‑gent: nec amant quēpiam niſi perdi‑derint. Ideo tūc effuſius merent: q2 verentur ne dubiuꝫ ſit an amauerint De ipſorum lacbrimis inquit tullius nihil lacbrima citius areſcit. ꝛ iuue‑nalis li. v. in ſatyra p̄ma. Et maiore domus gemitu: maiore tumultu plā‑guntur nummi q̄ꝫ funera. nemo dolorē fingit: in hoc caſu veſtem diducere ſummā contentus vexare oculos hu‑more coacto: ploratur lacbrimis a‑miſſa pecunia veris. itaqꝫ tales ami‑ci non diligunt: ſed diligere fingunt: nec lugent pro amico ſed pro dāno flere vident ꝛ dolere: ſed hoc faciunt voluntario more. vnde oui. ij. de re‑me. Ut flerent oculos erudire ſuos. ꝛ galterus alexandreidos. vi. Leue tibi lacbrime veniunt leuiuſqꝫ rece‑dunt. ꝛ ſubdit. Impēdunt lacbrimaſ miſeris arcentibus illis: q2 ſcꝫ tales ſeipſos arcent ꝛ cogunt: vt fleant. vti‑nam tales ſeipſos primitus flerēt eo q̄ꝫ fingant qd̄ minime habēt. horati9 in poetria. Si me vis flere dolēduꝫ eſt p̄mum ipſi tibi. Triſtia meſtum vultum verba decent. Nā hmōi plo‑ratores ſtultis feminabus cōparan‑tur. vnde catho. Femina dum plo‑rat hoīem ſuperare laborat. Audiui‑mus ergo reprobandū amorem quo‑ruꝫ fletus pro amicis ficti ſunt: ꝛ ap‑parentes: ſed eorum etiā reproban‑dus eſt amor quorum ficta ſunt gau‑dia. De quibus tibullus. Heu q̄ꝫ dif‑ficile eſt imitare gaudia falſa. Diffi‑cile eſt triſti fingere mente iocum. Non bene mendaci riſus componit

ore. Non bene ſollicitis ebria verba ſonant. vnde ſidonius in epiſtolis li. v. Quaſi inquit quidam barbariſm⁹ eſt morum ſermo iocundus ⁊ anim⁹ afflictus. ⁊ tul. i. de officijs. Turpe ē valdeqꝫ vitioſum in re ſeuera conuiuio digna verba aut delicatū aliquē inferre ſermonē que omnia faciunt ficti amici in quibus nulla veritas eſt. Ualerius narrat de rutilo qui nolebat facere quod euꝫ amicus ſuus facturum rogabat: qꝛ nō erat iuſtum. quapropter amicus hoc videns rutilio dixit. Quid mihi ergo op⁹ eſt tua amicitia quandoquidem id nō facis quod te peto cui rutilius. Sed quid queſo mihi valet amicitia tua ſi propter te aliqd inhoneſte facturus ſum vnde narrat alfunſius qualiter vnus philoſophus de arabia petijt a filio ſuo quot amicos haberet: cui fili⁹ reſpondit multos ſe habere: ⁊ tunc pater. Miror inquit qꝛ iam ſenex ſum ⁊ in tota vita mea nō potui mihi acquirere niſi vnum ſolum. Petens a filio an ipē non magnum reputaret multos habere: ⁊ dicēs ei ꝙ bonum eſt amicos habere probatos: ſed ante eſt probare ꝙ amare. ⁊ ad probādum amicos precepit filio ſuo porcū occidere: ⁊ occiſo in ſaccum ponere fingereqꝫ hominem eſſe quem occidiſſet ⁊c. Idem alfunſius narrat de duobus mercatoribus vno de baldach: ⁊ altero de egypto ſimul manentibus in egypto: quorum egyptius volebat vxorem ducere: quam tamen ille de baldach adamabat: vbi vero hoc ſenſit egyptius vxorem ei dimiſit cum dote ſua: malens vxorē perdere ꝙ amicum. Paulopoſt ille de baldach repatriauit ſecuꝫ ducēs vxorem ſuam: ⁊ diues maxime effectus eſt. Alter vero ī tantam paupertatem deuenit: vt hoſtiatim panem quereret: ⁊ panem querendo peruenit vſqꝫ ad illum locū vbi ille de baldac manebat. ibiqꝫ intrauit eccleſiā ⁊ eo dormiente ante oſtium eccleſie homo quidā interfectus fuit: ⁊ dum homicida nō inueniret: ille per ſuſpitionem captus confeſſus eſt homicidium: malens mortem obire quādiu tantam ſuſtinere miſeriam. Uerum ipm amicus ſuus d baldach cognouit dum ante iudicem adducebatur ad condemnandum alta voce exclamando ꝙ ipſe interfecerat hominez alter aūt ex oppoſito inſtabat ſe feciſſe: quam pijſſimam altricationem videns ille qui homicidiuꝫ veraciter cōmiſerat: compunctione tactus: et videns innocentes condemnari velle: narrauit veritatem: ⁊ iudex vbi factum ſcire compit ꝓpt amicorum neceſſitudinem homicide indulſit.

Ca. xiij. de adulatione que eſt ficta amicitia.

Adulatio veritati inimica eſt ⁊ omnis adulator verbo vel nutu mentitur. ideo veteres ſapientes nō ſolū

adulati:ſed etiam adulatores nun-
cupari timuerunt.tul.in rhetorica.ij.
Nolo eē laudator ne videar eē adu-
lator.⁊ ſocrates. Preſentē minime
laudare decet. Nam adulatorē dia-
bolus blandus ⁊ ſyreni mortifere cō
paratur.nam blandit auribus ⁊ in-
teritum querit. vnde ſeneca li.viij.na
turalibus qōnibus:adulatoribus la
tus non prebeas.ſunt enim artifices
ad captandos ſupiores. Hoc enim
habent adulationū blandicie ꝙ etiā
cum reijciunt placent:⁊ ad id iam de
mentie venimus:vt qui parce adula
latur pro maligno ſit. Ipſe tñ ſeneca
adulari reſpuebat ipō dicente.hij de
clemētia.malo inquit veris offende-
re ꝙ̄ malis adulando placere. Raro
enim hec ſimul cōtingunt vt eadem
vox ſit dulcis ⁊ ſolida.teſte ipō ſene-
ca in declamationibus.li.iij. Qui er
go ſapiēs eſt adulatoribus minime
credat.fictis enī ſermonibus adulā-
tur homines:ſicut ꝑtextu pabuli ha-
mo capiunt piſces.vnde petronius
adulatores ficti cum cenas diuitum
captant:nihil prius vł poſterius me
ditantur ꝙ̄ id quod grauiſſimū adu-
latoribus putāt fore. Sidon.in epi-
ſtolis li.iij. Sectator epularū lauda
bilem profert ſñiam:nō de bene viuē
te ſed de bene paſcente. tales enim
cum aliqd volunt prius laudāt poſt-
modum poſtulāt.vnde varro in ſuis
ſentētijs. Adulationis ſpecies eſt cū
laus poſtulationē precedit. Optinā
tales ficti adulatores nō eſſent. nam
errores in principibus generant ſuo-
ꝙ veneno ſuaui:aſpidis more mori
dormitando cogant ꝑ ſuum venenū
ſcꝫ orōnem blandā:quo veneno pa
ſci diogenes recuſauit.vnde narrat
valerius maximus ꝙ diogeni olera
lauanti ariſtippus dixit. Si diony-
ſio adulari velles iſta non eſſes. Cui
diogenes. Si tu ita eſſe velles dio-
nyſio adulari non curares. Rurſus
p̄hus quidam dictus pſeuſippus q̄
fuit nepos platonis ex ſorore adula
tores contēpſiſſe legitur. Unde cui-
dam adulanti ſic dicebat. Nihil in-
quit ꝑficis cum te intelligam.⁊ me-
rito qm̄ teſte prudentio.latitat lup⁹
ore cruento:lacteolam mētitus onē
ſub vellere molli. Nempe quicquid
adulatores dicant. decipere nihilo-
minus ſemper intēdunt quorꝫ impia
verboſitas in peccatis detinet mul-
tos.vnde proſper in li.epigram. Lin
gua aſſentatrix vitium peccātis acer
uat:⁊ delectatum crimine laude li-
gat. Mirum igitur cur ſapiens tali
bus mendacibus credat. Sed mira
bilius ſi quis ex laude ſue turpitudi-
nis gloriam accipiat quod hij faciūt
qui ex peccatis gloriant.de quibus
ꝓpheta. Quid gloriaris in malicia
qui potens es iniquitate. Horuꝫ enī
gloria nimis vana eſt. Bonus igit
ſi fueris ne ꝓ mercede adulatorum
mendacia ſuſcipias. Si aūt pecca-
ueris ve tibi:ſi adulatori credideris.

Abſit enim vt alieno ſermoni plusq̄ tue cōſcientie credas dicente cathone. Plus aliis de te q̄ tu tibi credere noli. Cuiuſcunq̄ ergo gradus extiteris adulatorem reſpuas. vnde ſeneca. li. de quattuor virtutibus. Tam tibi triſte ſit laudari a turpibus q̄ vt lauderis ob turpia. Difficilimum tñ opus cōtinentie aſſentationes adulatorum repellere quorum ſermones animum quadā voluptate reſoluunt; nulliusq̄ p aſſentationem amicitiam merearis; nec alium tuū obtinere ſinas. & ſubdit. Non acerba ſed blāda verba timeas. His tamē diebus adulatores promouentur. licet policraticus li. iij. ca. i. dicat q̄ omnis adulator virtutis inimicus eſt ſequelam habet; & tamē fraudem & pditionem ſemp intendit. Cum igit diliguntur tales & veraces odio habent; vtinam adulatorum cōſortia tanq̄ venenoſa vitarent. Exemplo vlixis de quo refert ſeneca epl'a. liij. q̄ claudebat aures ſyrenibus quibus adulatores intelligunt. Ideo idem ſeneca epl'a lxvi. Venit ad me p amico blandus inimicus ſcz adulator. Adulatio aūt cui fit ipm infatuat: vt dicit idem ſeneca epl'a. lxij. Quo igitur abijt magnatum ſapiētia. Vocibus enī adulatorum infatuati ſunt; ſi aūt ſapientes exiſterent: adulatorum oleo non impinguerent. vnde ppheta. Oleū peccatoris nō impinguet caput meū ſuper quo verbo dicit aug. Lingua adulatoris alligat homines in peccatis. Quāobrem policra. li. iij. c. xiij. loquens auguſto dicebat. Si deceptores iſtos id eſt adulatores iſtos exterminaueris deos te pcellere nō putabis. Nam adulatores ſuis mendacijs hoīes mortales deificāt. hij enim ſunt ſcorpiones facie blandiētes cauda percutientes: vt inquit hierony. epl'a. lxxxiiij. Abſit igitur illud ezechi. iij. Tibi merito poſſe dici cū ſcorpionibus habitas ſemper ſuper quo verbo grego. li. i. omel. ix. Adulator tanq̄ ſcorpio palpando incedit ſz cauda ferit; & ſicut apis mel in ore gerit ſed pungere querit. Et idē grego. moralium quatuor adulatores inquit lactant illos quos laudāt. ſed attende quid ſapiens puerbiorum. i. dicat. Si te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis. vnde iſaye. iij. Popule meus qui te beatū dicunt te ſeducunt. ſup quo hiero. Adulatores ſunt hoſtes & ſcintille dyaboli. ppinant aūt pocula mortis. Quapropt alexander nequā li. de naturis rerum Adulationem vocat venenum melle mixtum. Hij tamē hominibus placent; quia blandicias licet mēdoſas exhibent.

Capl'm. xiiij. de hoſpitalitate.

CHaritas exigit vt fratrem & pximum in hoſpitio ſuſcipiamus. nam abrhaam hoſpitalitatis amator extitit. Unde

tres angelos quos credebat hoīes benigne ſuſcipiens refecit. Quamobrem meritis q̄plurimis apud deū claruit. Attendamus enim qm̄ ⁊ aīalia irrōnalia hoſpitalitatem habent: put ait ambroſius in ſuo examerō omelia. v. Diſcant ergo hoīes hoſpitalis ſeruare iura: ⁊ ex quib⁹ cognoſcant quid hoſpitibus ſit deferendū que obſequia deputanda: quibus. ſ. hoſpitibus cornices pericula ſua negare nō ſoleant. Unde ibidē narrat qualiter cornices ciconias ſibi inimicas in hoſpitio recipiunt. ⁊ ideo chriſtianis loquens ambro. dicit. Nos inquit hoſpitibus ianuas claudim⁹ q̄bus aues aīas ſuas ꝓferūt. Inſup narrat policra. li. viij. ca. xiij. ꝙ infideles etiam ꝓprios hoſpites cōſueuerunt in hoſpitio ſuſcipere. Unde apō eos lex habebat ꝙ qui hoſpiti negabat hoſpicium etiā vſqꝫ ad quartum diem infamis erat. eſto etiam ꝙ eēt hoſtis regionis vl' ciuitatis. ſi tamen vltra quattuor dies hoſpitem quis detinebat crimen incurrebat. Ceterꝫ li. vij. eccl'aſti. hyſtorie. ca. xxviij. narratur qūo ſacerdos qui erat cuſtos idolorum ⁊ inimicus religionis chriſtiane: nihilominus grego. epm̄ gratis ſuſcepit. Cuꝫ tamē grego. ab eo receſſit: tunc ſacerdos ille more ſolito ad ſuum idolum ibat: vt reſponſa ab eo haberet: ſed cum nihil reſpōderet: ſacerdos m'tiplicabat victimas nec tamē ei proderat: qꝛ idolum ſemper tacebat. Accidit tamē vt de nocte demō ſibi reuelaret qualiter grego. epš ipm̄ de templo ꝓiecerat nec ingredi audebat niſi grego. eum licētiaret. ſed tunc ille ſacerdos ad epm̄ acceſſit ſupplicans vt ꝓpter hoſpitalitatem dānum non incurrat. Petebat igitur vt idolū ſuum loqueretur vt prius. ⁊ tunc grego. epl'am in hec verba ſcripſit appollini ſcꝫ dyabolo permitto tibi ad locum tuū redire et agere que cōſueuiſti: quaꝫ epl'am detulit ſacerdos ille: ⁊ tunc idolum mediante demone ſicut prius loquebatur: qđ vidēs ſacerdos: cogitauit qm̄ gregorius idolo ſuo fortio erat atqꝫ ei impabat. Relictis ergo idolis ad gregorium cucurrit: ⁊ baptiſatus in fide tm̄ ꝓfecit ꝙ in epatu ſibi ſuccedere meruit. Ecce q̄ bona hoſpitalitas que hoſpiti ſalutem miniſtrauit Quapropter tulli. ij. de benefi. recte inquit: laudanda eſt hoſpitalitas: qꝛ valde eſt decorum domū hominum patere hominibus. Unde narrat ibidem de quodam qui ſymon dicebat ꝙ hoſpitalitatem ſumme amauit: ⁊ ſuis ſubditis imperauit: vt hoſpitib⁹ de oībus prouiderent. ⁊ grego. li. ij. omel'. iij. dicit ꝙ hoſpites non ſolum ſunt inuitandi: ſedꝫ trahendi. Unde caſſian⁹ li. ij. collatio. ij. narrat de quodam qui ſi per quinqꝫ dies hoſpites nō habuiſſet: tunc refectionem ſuam deferebat: ⁊ in ſabbato ad eccleſiam pergens; an eſſent aliqui peregrini dī

ligenter inquirebat: ⁊ pietate motus humana hoſpiti prouidebat. Ideo prima petri.iiij.dicitur hoſpitales inuicem ſine murmuratione. ſene. iiij. de beneficijs.ca.xxviij.de quodā milite narrat:qui cum benigne fuit ſuſceptus in hoſpitio cuiuſdam fere tribus diebus tunc receſſit dicens. Faciam tibi gratiam ſi me contingat videre dominum meum. Cum ergo p̱ueniſſet ad philippum regem macedonum:petijt ſibi dari predia ſui hoſpitis que ſibi placuerant ⁊ ſuū hoſpitem expulit.cum tamē regi narrata fuiſſet militis ingratitudo predia iuſſit reſtitui priori poſſeſſori. ſcilicet hoſpiti. Amāda eſt igitur hoſpitalitas que tanta beneficia confert. Unde auguſtinus epiſtola.lxxvij. Omnes inquit ſunt recipiendi ne boni excludantur.

¶ Sophologij liber quartus feliciter finit.

¶ Incipit liber quītus in quo agitur de quattuor virtutibus cardinalibus: et continet decem et ſeptem capitula.

¶ Capitulum primum de vera iuſticia.

IUſticiā ſibi qui in ſuo iure:aut cauſa proſpera fieri petit iuſticie debet amator eē:vt ſcilicet vnicuiq̄ꝫ quod ſuum eſt reddat.iuxta illud ambroſi. Juſticia eſt que vnicuiq̄ꝫ ſuū reddit:alienum non vendicat:vtilitatem propriam non negligit:vt equitatem cuſtodiat communem:que ſcilicet iuſticia rectiſſime cardinalis dicitur:quia circa illam omnes alie verſantur. Nec tamē iuſticia valet in eo qui timet:ratione cuius timoris iuſticiam facere nō audet. Tullius libro ij.de officijs. Nemo iuſtus eſſe pōt: qui mortem:qui dolorem:qui exiliū qui egeſtatem timet:aut qui ea que ſunt contraria his equitati anteponit. Nempe iuſticia eſt vna omnium domina reginaq̄ꝫ virtutum:vt ponit idem tullius libro.iij. Fortaſſis iuſticiam multi facere recuſant:quia minas vel munera ſentiunt. Hij etenī inſtinctū nature ſubuertunt:quia teſte tullio libro p̄mo de legibus. Nihil preſtantius q̄ꝫ intelligi nos ad iuſticiam eſſe natos. Non enim opinione ſed natura ius eſt conſtitutū. ſeneca libro de quattuor virtutibus. Juſticia eſt nature tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta.

Illi ergo vereantur in quorum manibus iuſticia poſita eſt.

eodem tamen pacto quo iuſticiā de-
ſerunt naturam ꝓpriam ꝛ alienam
offendunt: eo ꝙ ius ꝓximis non im
pendunt. Juſtinianus li. i. inſtitutio-
num. Juſticia eſt cōſtans animi vo-
luntas ius ſuum vnicuiqꝫ tribuens.
Hugo iuſticie opus eſt motus men
tis rōnalis qui ſcḋm deū incedit a cor-
dis cōceptione ſurgens ꝛ foras vſqꝫ
ad actionem corporalem ꝓcedens.
Abſit igit̄ vt quis iuſticiam ꝓ mune
re ſubuertat: qꝛ teſte tul. li. p̄allegato
de legibus. Juſticia eſt obtempera-
tio legibus ſcriptis inſtitutiſqꝫ popu
lorum. ꝛ ſubdit. Jdipſum aūt iuſtiſſi
mum eſt. iuſticie mercedē nō quere-
re. Qui enim ꝓ iuſticia mercedē que
rit iuſtus nō eſt: eo ꝙ ſtaterā ſuis mu
neribus ex altera parte traberet. om
nes tamē quo ad iuſticiā equales ſu
mus. Abſit igit̄ vt ꝓpria cōmodita-
te quis ſeductus in iuſticiam alteri⁹
faciat. vnde mercurius termegiſtus
Juſticia inquit nihil eſt aliud ꝙ̄ dei
vocatio. Et ſubdit deus qui hoīem
generat ꝛ inſpirat omnes pares eſſe
voluit: eandēqꝫ viuendi cōditionem
oībus ꝓpoſuit: imortalitatem: om-
nibuſqꝫ ſpopondit: nemo apud eum
ſeruus eſt: nemo dn̄s: nemo pauper
eſt: niſi qui iuſticia indiget: nemo di-
ues niſi qui virtutibus plenus eſt. ea
propter lactan. li. de vero cultu. Pri
mum iuſticie officium eſt cōiungi cū
deo. Secundū eſt coniungi cū homi
ne: ſed illud primū religio dicit̄ ſcḋm
vero humanitas nominatur. Jta ꝙ̄
tam deo ꝙ̄ ꝓximo iuſticia debetur.
Judex ergo ſic iudicet: vt deum non
offendat ꝛ ꝓximum nō iniuriet̄. Nō
eſt eniꝫ iuſticia vbi crudelitas exerce
tur. Nempe cābiſes taꝫ ſeuerus fuit
vt iniuſtum iudicē excoriari fecerit ꝛ
ſup iudiciariā cellaꝫ pellē eius iuſſit
extendi. filiumqꝫ eius ꝓ iudice ſede-
re mandauit: vt iniuſte iudicare time
ret: ne ſimile iudiciū pateret̄: ꝓut nar
rat elinandus li. xv. Hec ſiquidē ma
gna ſeueritas fuit: qꝛ quāꝙ̄ iuſticiaꝫ
debuit iubere cōſeruari. aſperitas ve
rū tamē fuit fortaſſis iuber excoriari
Sua igitur ſnīa quo ad zelum iuſti-
cie ſancta fuit. ſed executione nimis
aſpera: vt quidā affirmant. Quibuſ-
dam tn̄ alijs placet nimio rigore iu-
ſticiam ſeruari nō poſſe. vnde valeri.
li. vi. ca. vi. narrat de zelanco ꝙ cum
filius eius ꝓpter adulteriuꝫ vtroqꝫ
oculo priuari deberet: ne lex quā edi-
derat ipſius occaſione violaretur ſibi
vnū ꝛ filio alterum oculos erui fecit
Et ita vidēdi vſum vtriqꝫ relinquēs
debitū ſupplicij moduꝫ legi reddidit
equitatis admirabili temperamen-
to ſe inter miſericordē patreꝫ ꝛ iuſtū
legiſlatorē partitus. ecce ꝙ̄ ſtricte iu
ſticiam ſeruauerunt. Unde arbitror
ꝙ̄tum ex me impiū iudicem quaſi a-
ſpere nimis punire nō poſſe: qꝛ teſte
ouidi. p̄mo de arte. Nec eniꝫ lex equi
or vlla ꝙ̄ neſcis artifices arte peri-
re ſua. Nam iudex dānatur cum no-

cens abſolutus. nimirum igitur ſi iudex lege pereat ſua. Cur enim condite ſunt leges niſi vt obſeruent. nam lege recta qui peccat puniendus eſt ille ſignanter qui leges quas condidit violauit. vnde narrat valerius li. viij. ca. vi. ꝙ cum licinius lege ſanxiſſet: ne quis amplius ꝙ quingenta agri iugera poſſideret ipſe mille cōparauit: vt tamē crimen ſimularet filio dimidiam partem emancipauit. Ob hoc a marco pompilio accuſatus: ꝑmus lege ſua cecidit: docuitqꝫ nihil aliud debere ꝑcipi niſi quod prius īperauit quiſqꝫ ſibi. Nam teſte tertuliano in apologetico ſuo ſuſpecta eſt lex que ꝓbari nō vult: aut q̄ ꝓbata ſi fuerit nō dñatur: tanqꝫ dicat ꝙ lex ſi bona eſt: obſeruanda eſt ſignāter ab eo qui eam ꝯſtituit. vnde catho. Patere legem quā tuipſe tuleris. Judicis auxilium ſub iniqua lege rogato: qm̄ ⁊ lex ſi bona non fuerit adhuc timenda eſt. Mala lex tñ nō meretur lex noīari: q2 teſte tul. li. i. de legibus. Lex eſt rō ſumma inſita in natura q̄ iubet ea que facienda ſunt, ꝓhibetqꝫ cōtraria. ⁊ ibidem. Lex eſt recta rō imperandi ac ꝓhibendi quā qui ignorat iniuſtus eſt. ⁊ ſubdit. Juſticia eſt obtēperatio legibus ſcriptis inſtitutiſqꝫ populorū. Ipſe tamen idē tulli. Leges ꝓprie nō putauit humanas: ſed bone ſi fuerint quaſi a deo ſunt vnde tul. li. ij. de legibus. Hanc inq̄t video ſapientiſſimorū virorum eſſe ſententiam legē nec hominum ingenijs excogitatā: nec aliquid eſſe populorum: ſed eternū quoddam quod vniuerſum mundū regeret imperandi ꝓhibendiqꝫ ſapientia. vnde idem tul. philippica. ij. Lex nihil aliud eſt ꝙ recta ratio a lumine deorum tracta imperans honeſta ⁊ prohibens cōtraria. Legum ergo ſeruāda eſt fides vt ponit virgilius in geor. li. iiij. Aliqui tñ ſtulti iudices voluntatem ꝓ lege ſumunt. vñ iuuena. li. ij. Sic volo ſic iubeo ſit pro rōne voluntas. In hijs aūt nulla iuſticia eſt.

## Capitulum ſecundum de eloquētia aduocatorum.

PRo iuſticia exequenda aut ſaltem dirigenda cum nō omnes clerici queant eſſe: oratores ⁊ aduocati conſtituti ſunt: quorum eloquētia non niſi iuri fauere debet. Ve igitur hoꝝ eloquētie que nō niſi fallere petit. vnde didimus ad alexandrū. Artem bene loquendi non diſcimus neqꝫ facundie rhetorum oratorūqꝫ operam dam⁹: quorum offiñi eſt phaleratis ſermonibus figmentare mēdacia. innocentie fidē ꝯferre criminibus parricidij ꝙ reos aſſignare periſſimos qui dum putāt aliene fraudis fructū ꝑ iniquā victoriā rapuiſſe: neſciūt ſe munimentum ſue ꝯſciē ꝑdidiſſe. Nempe hmōi

plures aduocati reperiuntur: ſed vti nam multi tam bene viuerent ꝙ bene loquunt᷑: vt ſupplicat lactātius d̄ vera religione ⁊ ſapiā. Sed ꝓh dolor multis mortifera eſt ſua facūdia vt inquit iuuenā. li. iiij. vnde proſper in epigrā. Non ꝓdeſt cuiq̄ ſolis bona dicere verbis. Impia mens habeat quod bene lingua ſonat. Nam fari recte miſerꝫ eſt ⁊ viuere praue. Parum igitur prodeſt facundiam habere ⁊ fauori deliciorꝫ ipām applicare Parū inſup ꝓdeſt elegantiā verbi obtinere ⁊ ſapiētia nō pollere. vn̄ tullius in ꝓlogo rhetorice prime. Sapientia quidē ſine eloquētia paruꝫ ꝓdeſt. Eloquentia vero ſine prudētia nunq̄ ꝓdeſt: ſꝫ plurimuꝫ nimiumq̄ obeſt. Studeāt igit᷑ oratores ⁊ fari facunde in ſubſidiū iuris. Nam grata elegātia veritatē detegit ⁊ ipſius ad amorē auditores allicit. vnde qui oratorum fungunt᷑ officio: vt elegantes fiant ſtudioſiſſime laborare debent. vnde narrat valerius lib. viij. c. vij. ꝙ cum demoſthenes p̄mam litteram artis rhetorice ꝓferre nō poſſet Oris ſui vitiū tanto ſtudio expugnauit: vt nullus expreſſius q̄d volebat proferret ſuāq̄ voceꝫ gracilē nimis exercitatione ꝯtinua ad maturum ⁊ gratum auribus ſonū ꝓduxit. Attendat igitur lector: vt in codeꝫ li. ca. x. valerius dicit ꝙ eloquentia ornamēta in pronunciatiōe apta ⁊ conueniēte corporis motu cōſiſtūt. nec debet orator magnas querere moras: q́ teſte ſeneca in edippo: q̄d verba queris. veritas odit moras. Non debet etiam in ſingulis ꝓpoſitis inſiſtere multum. al's enim quod p̄ncipaliter intendit p̄termitteret. vnde varro in ſuis ſententijs. Nuſq̄ deueniet qui quod videt ſequitur calles nec debet orator detrahere veritati nutibꝰ aut verbis. nam ſepe veritas offenditur ex modo narrandi. terentius in phormio. Nihil eſt tam bene dictuꝫ quin male narrando poſſit deprauari. Et tul. li. de paradox. Nihil eſt tam incredibile quod nō dicendo fiat ꝓbabile. nihil tam horridū atq̄ incultuꝫ quod nō ſplendeſcat oratione. Sed orator attendat ne ſua eloquētia ſic abutatur. Debet enim plano vti ſermone: q́ teſte quintil. li. p̄mo. Orator debet vti publica forma. viſitatꝭ eniꝫ tutius vtimur nouaq̄ verba nō ſine periculo fingimus. Rurſus debet fore breuis: quia teſte tul. rhetorica prima. Breuitas eſt cum nullum niſi certum aſſumit᷑ verbum q̄d oratori facere congruit nec licet abuti ea re qua ceteris beſtijs preponimur ſcꝫ eloquētia. vnde tul. in prologo rhetorice prime. Cum hoīes multis ī rebus ſint meliores beſtijs hac in re maxime videtur preceſſe beſtijs ꝙ loqui poſſunt quare mihi quoddā preclarum videtur adeptus qui in ea re hominibus antecellit qua in re homines beſtijs preſunt. Si ergo elo-

ꝯſequentia ſit dos oratorum erubeſcāt
ſi abutantur illa ſceleratorum adhe
rendi impietati: quod fortaſſis pluri
mi fiunt. vnde plautus in aulularia.
Da mihi aduocati gratiaʒ. ⁊ ſubdit
Vende vocem vende linguam. Nec
tamen quibuſdam eis ſufficit vt ſuū
vendant eloquiuʒ: ſed etiam vendūt
ſilentium. vnde refert helinandus li-
bro. ij. ꝙ cum demoſthenes ariſtodi
um auctorem fabularum interrogaſ
ſet q̄tum mercedem pro ſuis fabu-
lis accepiſſet: reſpondit talentum ac
cepi. cui demoſthenes. Plus inquit
recepi vt tacerem. vnde cum demo-
ſthenes a ſenatu athenienſium in pa
trocinium ⁊ aduocatū peteretur con
tra philippum regem macedonum:
reſpondit ſe graui infirmitate deten-
tum. Itaqʒ non ſolum eloquijs: ſed
etiam ſilentijs munera ſibi vendicāt
cauſaſqʒ confeſſas etiam protegunt
de quibus quintilianus ca. xij. Qui
vero confeſſum defendit: non abſo-
lutionem ſcelerum petit: ſed licentiā.
vnde ouidius libro de ponto. Non
eſt confeſſi cauſa tuenda rei ſcilicet
peccantis. vnde ſimachus libro epi-
ſtolaruʒ pro optimis viris ſi quis in-
teruenit: nō magis illorū debet iuua
re commodum q̄ ſuum cōmendare
iudicium. Cuius contrariuʒ plurimi
faciunt nō erubeſcendo impiaꝝ cau-
ſarum ſe fore defenſores nuncupari.

Capitulum tertium de equitate iudicum.

Iudex equus debet
eſſe ſic: vt ad nullaʒ ꝑ
tium ſe flectat: nullo-
qʒ pacto ita miſeri-
cors debet eē: aut ita
īdulgere vt equitatē offendat. Naʒ
teſte tul. ij. de offi. Iudicis eſt ſemꝑ
in cauſis verum ſequi. ⁊ li. iij. Iudex
bonus neqʒ cōtra rempu: neqʒ con-
tra iuſiurādūʒ ſeu ꝯtra fidem faciet
etiam ſi iudex fuerit de ipō amico: ſʒ
tantū dabit amicitie: vt amici cauſaʒ
malit eſſe veram q̄ optimam: nō ta-
men ꝙ falſam defendat: ⁊ ꝓ mode-
randa lite tempus quod leges ꝑmit-
tunt accōmodare poterit: ſed iudicet
recte cū meminerit ſe deū teſtem ha-
bere. que verba nil aliud ſonant niſi
ꝙ iudex amicitie ſic fauere nō debet
vt equitatem ꝑtermittat. nec debet
ꝑus affligere q̄ ſentētiare. vnō tul.
in oratione ſua pridie q̄ iret in exili-
um. Nemo tam facinoroſa iuuētus
eſt vita: vt nō tam iudicū prius ſentē
tijs committeretur q̄ ſupplicijs adijce
retur. itaqʒ iudex repente penas in-
fligere nō debet: nec fauere muneri-
bus. vnde galterus in alexādreide. i.
Si lis īciderit te iudice dirige librā
iudicij nec flectat amor nec munera
palpēt nec moueat ſtabilē ꝑſone ac-
ceptio mentē. muneris arguit: acce-
pti cēſor iniquꝰ. munus eni a norma
recti diſtorquet acumen iudicis: et
terra inuoluit caligine menteʒ. Cuʒ
ſemel intonuit vitioruʒ mater in au-
la: peſtis auaritie que ſola īcarcerat

omnes virtutum ſpecies ſpreto mo-
deramine iuris. Curritur in facinus
nec leges curia curat ligat iuſtus cu
rat τ iniuſtos abſoluit curia mēdax.
τ idem galterus li. vij. Cenſor iniqu⁹
auertit ſurdas a cauſa pauperis au-
res: τ fouet iniuſtam corruptus mu
nere cām. vnde petronius. Quid fa-
ciunt leges vbi ſola pecunia regnat.
Aut vbi pauptas vincere nulla pōt.
Jam nunc iudiciū nihil eſt niſi publi
ca merces. Tutius eſt paruo ere rez
pdita recuperare q̄ius ambigue p-
bere liti venalis populus: venalis cu
ria primū. ipſaqʒ maieſtas auro cor-
rupto latebit. Merito ergo ait tul.
li. i. de legibus. Jdipm quoqʒ iuſtiſ-
ſimum eſt iuſticie mercedē nō quere
re. Aduertant ergo iudices ne fauo-
re munere ſeducant ſed equitate pre
ſideant. Nam ſicut colligit ex codi-
ce theodoſiano li. i. Equitas eſt rerū
conuenientia qua cuncta coequiparat
τ in paribus cauſis paria iura deſi-
derat. Sed quid dicemus: qr teſte
quintil. li. i. de oratoria inſtitutione.
Naturale eſt iudicibus: vt hijs quos
libentius audiunt facilius etiam cre
dant. Quomodo igit iudex ſuaz na-
turam poterit deſerere: quā ſi nō de-
ſerat: quō eque iudicabit. Attendat
iudex vt a limitibus iuris nō recedat
vt prauam cām nō defendat. ſi autē
veritati melius prolate facilius cre-
dat peccatū nō eſt: aut ſi amicorū iu-
ſtas cās ſedulius fouet naturale eſt.
Si autez omnibus paribus cauſis
eque beneficia impendat hoc ceterj
melius τ cōmendabilius eſſet. Rur-
ſus caueat iudex iracundiā. vn̄ clau-
dianus. Ne cunctos paucorū crimi-
ne damnes: qui fruit pena ferus eſt:
legūqʒ videt vindictam pſtare ſibi:
cum viſcera felle cauerūt dijs proxi-
mus ille: quem rō non ira mouet. naz
quatuor ſunt a bono iudice vitanda
ſcʒ ira munus timor τ fauor: quorūz
occaſione vl' iudicia ſubuertunt: vel
ad tēpus indebitū pretermittunt. p-
iuria quoqʒ ſepius fiunt: τ predicto-
rum occaſione aggregant. vnde no-
ta iſtos vſus. Quattuor iſta timor
odium dilectio cenſus. Sepe ſolent
hoīum rectos puertere ſenſus. Con-
tra que oīa loquens ouidius li. i. ſine
titulo ait. Non bene cōducti vendūt
periuria teſtes. Ne bene ſelecti iudi-
cis arca patet. Non obeſt tū ſi iudex
ſit qnqʒ tardus q̄tum leges permit
tunt: vt veritas clarius innoteſcat: qr
teſte eodez ouidio libro. ij. vbi ſupra
Culpa nec ex facili q̄uis manifeſta
probatur.

### Ca. iiij. de miſericordia iudicis.

IUſticia ſine miſericor-
dia iuſticia nō eſt. ſed
crudelitatis ſpēm ge-
rit vbi peccatorūz nō
habet ſpes conuerſio
nis ſed diffidentia. Jtaqʒ iuſticia ve
ra terminos habet qui miſericordiā

ſubintrare pmittunt. Uerum ſub iu-
ſticie ptextu iudicis qñq3 exercent ſu
as crudelitates nec ſe timent caſu-
ros aut alijs indigere poſſe. vnde in
Puer. ſapiētum dicit. Bona pſidia
cōparat miſericordia. ab alio enī ex-
pectes quod alteri feceris. habet in
aduerſis auxilia qui in ſecundis id ē
pſperis cōmodat. quintil. cauſa qui-
... In aliena fame ſui quiſq3 miſeret
nam quilibet timere habet ne fames
ſibi cōtingere poſſit. hoīum enim eſt
miſeros fieri poſſe. Se igitur hoīez
abnegat qui alteri nō compatit. vñ
ſeneca in hercule furente. Quēcun-
q3 miſerum videris hoīem ſcias. ibo
caſſio. epl'a. xxxviij. Proclinior ſemp
ad miſericordiā via bonis mētibus
patet. Lactan. li. de vero cultu. Nul-
lus opera indigere ſe putat qui ſuaz
alteri denegat. qui perituro ſuccurre
re pōt ⁊ nō ſuccurrit occidit. vñ oui-
dius de pōto. Regia crede mihi res
eſt ſuccurrere lapſis. Animaduertat
igitur iudices vt reos miſericorditer
puniant ne ſint de numero illorum.
de quibus galter. in alexandre. De-
ſperare ſolent alios in tpe duro qd
multi faciunt deſperatiōis occaſio-
nem crimīnoſis tribuentes. Atten-
dant enī3 illud tul. in oratione ſua p
quīnto ligario. Nulla de virtutibus
plurimis adminiſtrabilior nec grati-
or miſericordia. Homines enim ad
deos nulla re propius accedunt q̄
dando miſericordiam hominibus,
nihil habet fortuna melius q̄ vt poſ
ſis: nec natura melius quā vt velis
ſeruare q3 plurimos. itaq3 bona na-
tura nemini nocere petit. Sed que-
res que ſit miſericordia. Ad hoc re-
ſpondit tul. in tuſcu. qōnibus. lib. iiij.
Miſericordia eſt egritudo ex miſe-
ria alterius iniuria laborantis. itaq3
ille miſeret q alienē copatit anxieta-
te. vñ quintili. cā quinta. Uoluit nos
ille immortalitat3 artifex deus in cō-
munē ſuccurrer ⁊ p mutuas auxilior
vices quēq3 in alterum conferre. O
igitur iudices clementiā veſtris iudi
cijs aſtitricem facite. his indulgere
acquieſcatis quor conditio veſtra ē
quib' etiā ſimiles fieri poteſtis. Si
vos ſublimauit fortuna naturā que-
ſo ppriam nō negligatis: memētote
vos cupere deum ppicium iudicem
habere. ſ3 quo pacto meremini ſi nul
li miſeremini. Attendite illud ouidi.
de ponto. Parcendū eſt aīo miſera-
bile vulnus habenti. Queres fortaſ
ſis cur iudices aliqui indulgere con-
tēnunt. Miror inq̄ ⁊ nō miror: mi-
ror q2 legi nature obuiant: ſed nō mi
ror q2 ſibiipſis nō indulgēt: ſecq3 pec-
catis onuſtos nō attendunt penarū-
q3 infernalium flagella nō redimunt
vnde galte. in alexan. li. viij. Non ve-
riſimile eſt alieno parcere cuiq̄ qui ſi
bi nō parcit. Uerutamen vbi ſibi nō
parcunt: alijs adhuc miſereri tenent
iuxta illud ſenece. De moribus alte-
ri ſemp ignoſcito tibiipſi nunq̄: quia

ſcꝫ vnuſquiſq; ſe punire debet ſm̄ ea
que cõmiſit delicta. Utinam igit̃ hij
qui multos cõcuſſiſſe gloriant̃ mul-
tis pepᵉciſſe letarent̃: qꝛ teſte ſene. li.
de quattuoꝛ v̾tutibus ſcito honeſta
tum ⁊ magnum eſſe vindicte genus
ignoſcere. ouidius li. de arte. Dexte-
ra precipue capit indulgẽtia mẽtes
aſperitas odiũ ſeuaq; bella mouet
⁊. iij. de triſtibus. Quãto quis maioꝛ
tanto placabilis ire ⁊ faciles motus
mens generoſa capit. idem. iij. ſine ti
tulo. Si ſapis indulge dñe vultuſq;
ſeuerus exue: nec rigidi ima tuere vi
ri. Ex his tamẽ arbitretur nullus ita
miſereri opoꝛtere: vt iuſticia ꝑtermit
tatur. vnde ſene. li. de clemẽtia. Tã
oĩbus ignoſcere q̃ꝫ nulli crudelitas
eſt. Moduꝫ tenere debemus: ſed qꝛ
difficile tẽperamentuꝫ eſt. ideo quic-
quid in partẽ humanioꝛem ꝑponde-
rat: magni animi ꝓpꝛium eſt: iniuri-
as atq; offenſiones deſpicere viri ẽ.
muliebꝛe aũt litigare ⁊ moꝛe ꝫire ſue
gerere. Ex quibus aperte apparꝫ q̃ꝫ
cum miſericoꝛdia iuſticia facienda ẽ:
potius tamẽ miſeranduꝫ: vbi iuſticia
nõ contradicit. Nam ex pu. er. ſapien
tum colligit̃. Optimũ eſt ſemꝑ igno
ſcere tanq̃ꝫ ſi ipſe quotidie pecces.
Res inquit magne clemẽtie eſt indul
gendo peccata potius q̃ꝫ iudicando
coꝛrigere. ⁊ hoꝛatius in li. ſermonum
Equum eſt peccatis veniã poſcenti
reddere. Rurſus ⁊ aſſit regula pec-
catis que penas irroget equas.

Itaq; ſic indulgendum vt etiam coꝛ
rigendum. His aũt precipue indul-
gendum eſt quibus adeſt ſincera ve
niam petendo humilitas quam ha-
bere hij debent indulgentiaꝫ obtine
re qui petunt. Exemplo ouidij. ij. de
triſtibus dicentis. His precoꝛ exem
plis tua nunc foꝛtiſſime ceſar fiat ab
ingenio mollioꝛ ira meo. Illa quidẽ
iuſta eſt: nec me meruiſſe negabo: ſꝫ
niſi peccaſſem. quid tu cõcedere poſ-
ſes. Materiã venie ſoꝛs tibi noſtra
dedit. Si quotiens peccant hoĩes
ſua fulmina mittat iupiter: exiguo tẽ
poꝛe inermis erit.

## Capl'm quintum de virtute tem- perantie habenda.

INtemperantia coꝛ-
pus exterminat vitia
cõgregat hominẽ de
ſidem facit hoĩum in
tellectum depꝛauat:
ſenſum ebetat. ⁊ totum hoĩem igno-
minia ſtulticie deturpat: nec meret̃
quis rõne dotatus cenſeri qui agen-
da moderamine libꝛato nõ tẽperat
nam teſte tul. Temperãtia eſt in aĩo
cõtinens moderatio cupiditatum. ⁊
idem tul. rhetoꝛica. i. Temperãtia ẽ
rõnis in libidinẽ ⁊ in alios nõ rectos
impet⁹ animi moderata ⁊ firma dña
tio. ⁊ idem in tuſcu. qõ. li. iiij. Omniũ
ꝑturbationũ fons eſt intẽperantia q̃
eſt a recta rõne defectio. Ambꝛoſius

autē dicit ꝙ temperãtia eſt virtus
que modũ ⁊ ordinē eorum que dicen
da vł agenda ſunt ſeruat. Hac igiꝰ
virtute eget ſapiēs oīs eo ꝙ ſine ipa
recte viuere nõ ꝯtingit. vñ ſene. epi-
ſtola. xxxiiij. Omnia dicta ⁊ facta tua
inter ſe congruãt ac ſi reſpondeant:
qꝛ non eſt animus rectus: cuius acta
diſcordant ꝙ intemperatis cõtingit
eo ꝙ immoderata opa mutuo diſcre
pant. Si enī qui ſapientes ſunt tem
perantie valorē attenderēt eius re-
gulas nunꝙ̄ infringerēt. vnde. a. gel
lius li. i. refert ſocratē tante tempan-
tie extitiſſe: vt omnia tpa vite ſue va
lide obtinuit: q̇ ſocrates dicebat mul
tos homines ꝓpterea velle viuere:
vt ederent ⁊ biberent ſed docet eos
comedere ⁊ bibere vt viuant: qꝛ nec
potatiões nec comeſſationes nec co
pule feminaꝝ: nec copia piſcium vi-
tam faciũt: ſꝫ moderata ſobriaqꝫ nu
tritio. Multe enī ex deliciaꝝ epulis
moleſtie generanꝰ. vnde gaufridus
in poetria noua inquit. In omnibus
vna eſt virtus ſeruare modũ ⁊ habi-
tum. Modus enī maxime eſt ſeruã-
dus erga tres criminuꝫ inſultus ſcꝫ
erga libidinē cupiditatem ⁊ iram. la
ctantius de vero cultu. Poete tres
furias eſſe dixerunt que mentes ho-
minis exagitant. Nam ira vltionem
deſiderat: cupiditas opes: libido vo-
luptates: ſed deus limites ſtatuit:
quos tranſcendere nõ licet. In reme
dium ire data eſt iuſticia. In reme-
dium libidinis coniugiuꝫ pro ſobole
propaganda. In remedium cupidi-
tatis data ſunt neceſſaria nobiſ. Sa
piens igitur modeſte viuat: per quaꝫ
modeſtiam virtuoſus effici poterit.
tullius rhetorica prima. Modeſtia
eſt per quam pudor honeſtus claraꝫ
⁊ ſtabilem cõparat auctoritatē eius
quod habere inſtituit. Ideo tul. i. de
offi. Non nimis ornanda eſt domus
nõ nimis corporalis forma. Suffi-
cit enim vt fugiat in humanã negli-
gentiam. In veſtibus aũt mediocri-
tas optima eſt. Cauendum itaqꝫ eſt
ne in ingreſſu tarditatibus mollior-
bus vtamur: ne pomparũ ferculis ſi
miles videamur: ne nimiam celerita-
tem infeſtinatione ſuſcipiamus: in q̇-
bus eſt ſignificatio inconſtantie. Et
ſubdit. Sit vox loquentis dulcis et
nõ contentioſa: nec languens neqꝫ ca
nora videatqꝫ in p̄mis de quibus re
bus loquaꝰ ſi de ſerioſis ſeueritateꝫ
adhibeat: ſi de iocoſis leporem. In
omnibus itaqꝫ modeſtia ſeruãda eſt
vnde ſene. de quattuor virtutibꝰ car
dinalibꝰ de ꝯtinentia. Si ꝯtinentie
ſtudes habita nõ amene: ſed ſalubri
ter. nec dñm velis eſſe notũ a dño: ſꝫ
domũ a dño: hoc magis obſerua ne
qua pauptas tibi immũda ſit: nec p-
cimonia ſordida nec ſimplicitas ne-
glecta nec leuitas languida. Si au-
tem res exigue tibi ſint: non ſint ta-
men anguſtie: nec tua defleas: aut a-
liena mirerꝭ. ſermones vtiles magis

ꝙ facetos et affabiles ama: rectos potius ꝙ ob ſecundantes miſcebis interdum ſerijs iocos: ſed tēperatos ac ſine detrimēto dignitatis ac verecundie. Nam reprehēſibilis eſt riſus ſi eſt imodicus ſi pueriliter effuſus ſi muliebriter fractus odibilē quoqꝫ facit hoiem riſus ſi ſuperbus ⁊ elatꝰ ſi malignus ⁊ furtiuus ſi malis alienis euocatus. ⁊ ſubdit. Si vox ſine clamore: inceſſus ſine tumultu: quies ſine deſidia ⁊ dum ab alijs ludit. tu aliquid ſancti honeſtiqꝫ tracta nō ſis errogans nō audax admone libēter: rephēde patiēter dicēti. eſto taciꝰ auditor requirēti facile rñde: ꝯtendēti facile cede. hec ille. claudi. in maiori. Nō tibi qs liceat ſed qd feciſſe decebit occurrat menteqꝫ domet reſpectus honeſti. Hec omnia vanitatuꝫ amatores ſi cōſpicerent ebrietatibꝰ ⁊ caſtrimargijs nō vacarent: ſed legibus ritis vitam ſuā moderent. Apuleius li. de deo ſocratis. Solet apd prudentes viros eſſe in opibus elaboratis iudicatio. In rebus aūt ſubitaneis veniā prolixior. Nulla inquit res pōt eadeꝫ eſſe feſtinata ⁊ examinata: nec eſt quiſꝙ qui ſimul habere poſſit laudem diligentie ⁊ gratiam celeritatis. itaqꝫ cum moderamine omnia ſunt facienda. Naꝫ quicquid bene fit ſatis cito fit: vt dicebat auguſtus ceſar narrante ſuetonio libro de. xij. ceſaribus. ⁊ in prouer. ſapientum. dicitur ꝙ mora omnis odio eſt ſed facit ſapientiam. vnde ſocrates vel ex conſilium ſequitur penitentia: maximeqꝫ cōſilio contraria ſunt feſtinatio ⁊ ira. ⁊ varro in ſuis ſententijs. Imperitie ſignuꝫ eſt: exigere difficilimum fieri cito. Que omnia deſignant cum moderamine ⁊ maturitate ſingula eſſe peragenda. vnde gaufridus in poetria. Si quis habꝫ fundare domum non currat ad actum impetuoſa manus itrinſeca linea cordis premeditetur opus: ſerieqꝫ ſub ordine certo. Interior preſcribi homo rotumqꝫ figurat. Que verba nil aliud ſonant niſi ꝙ ſicut artifex ſapiens mature precogitat quid facturus ſit: ſic in moribus moderate procedendum eſt. ouidius in epiſtolis. Pa nimium proproperas ⁊ adhuc tua meſſis in herba eſt. Et tibullus. Quid fraudare iuuat vitem creſcentibus vuis. Et modo nata mala vellere poma manu. vnde petronius. Nolo quod cupio ſtatim tenere nec victoria mihi placet parata: qꝛ teſte claudiano. Sepius incaute nocuit victoria turbe. Abſit tamen vt hi tēperatos ſe credant: in quibus vita tēperantie negligentia eſt: quia ⁊ ſi nocet feſtinatio nimia et immoderata. Minime etiam prodeſſe creditur pigra ⁊ ſomnolenta operatio. Sepius tamen pigri maturi creduntur Humanaqꝫ iudicia in hoc falluntur Nam omnis virtus in medio conſiſtit: vt alibi deductum eſt. Ille

ergo temperatus reſiſtit qui nec feſti
natione deducit̃: nec corpore ſeu de-
ſidia detinetur. vnde lucanus libro
p̃mo. Semꝑ nocuit differre paratis
⁊ in prouer. ſapientum. Et iam celeri
tas in deſiderio norma ē. Plini⁹ ad
cornelium tacitũ. Eſt gratior multꝫ
actio breuis. ⁊ ſimacus in epiſtolis.
In re aperta piget eſſe ꝓlixum. In
arduis aũt cauſis ⁊ rebus multum.
Itaqꝫ vera temperãtia medium in
agendis tenere debꝫ. valerius libro
iiij. ca. ij. Nihil tam p̃clarum aut taz
magnificũ eſt quod nõ moderatione
tempari deſideret. Illa ergo poten-
tia tuta eſt que viribus ſuis moduz
imponit. Unde pithacus modera-
tione pectus ſuum inſtructũ habuit
ſic ꝙ poeta alceum cõtra ſe pertina-
ciſſimum cũ poſſet affligere nõ cura
uit: ſed tantũmodo quid in opprimẽ-
do poſſet admonuit. vnde ſtatius in
thebaidos li. x. Da ſpaciũ teneqꝫ mo-
ram: male cuncta miniſtrat impetus
⁊ idem li. xi. Hic miſeris furor eſt in-
ſtare periculo: quod faciunt intempe
rati in agendiſqꝫ ſubiti.

Ca. vi. de modeſtia lingue.

Lingua iniqua pacem perturbat: vicinũ ſcandaliʒat: ſecreta reuelat: infamiam procurat: germinat lites: inceditqꝫ iras. Ob hoc pre ceteris mẽ
bris temperamẽto maxime indiget.
vnde quintil. li. de cauſis. Nihil diffi
cilius credo ꝙ̃ ſilentij virtutem de-
bere. Faciliter enim ſermone prom-
ptiſſimo delinquimus ſed tacẽdi cõ-
ſtantiam ferre nõ poſſumus. quam-
obrem in ꝓuer. ſapientum dicit̃. Ne
minem cito accuſaueris vl̃ laudaue-
ris: nullum ſine teſte loci putaueris.
quod tacitum eſſe vis nulli dixeris:
qꝛ nõ poteris ab alio ſilentiũ exigere
ſi tibiipſi nõ preſtas. libentius ergo
audias ꝙ̃ loquaris. nam tacere qui
neſcit: loqui neſcit. Hec tamẽ diſſo-
lutio mundũ occupat: ita vt iuuenes
ſicut ſenes: femine ꝑut viri loqui au-
deant nulloqꝫ verecundie freno lin-
gue trahit̃ habena. Eapropter am-
broſius li. de offi. Sicut in ſenibus
grauitas ⁊ in iuuenib⁹ alacritas ſic
in adoleſcentibus verecundia velut
quadam nature dote commendatur
hoc in ip̃o corꝑis motu geſtu ⁊ inceſ
ſu tenenda eſt. Nam verecũdia ē ver
ba ſuperflua reprimere vl̃ reſpuere.
Sed hec verecũdia abceſſit. qua ni
hil gratius eſt ad cõſiliandum ani-
mos: vt inquit quintil. li. viij. de ora-
toria inſtitutione. Heu heu quid di-
cam: qꝛ ſenes quibus pre alijs loqui
competit: ea turpia enormiaqꝫ ꝓfer
re non audent que abſqꝫ metu vere-
cundie vtriuſqꝫ ſexus iuuenes quaſi
effrontes ꝓferunt. Utinam pudorẽ
gererẽt quo mediãte lingua tempe-
ratur. ſene. ep̃la xi. ad lucil. Verecun

dia in adoleſcente bonum eſt ſignuꝫ ⁊ epl'a.xxvij. Nutriendus eſt pudor qui q̄diu in aīo durauerit aliqs bone ſpei locus erit, ſed peccantium copioſa multitudo tollit pudorē: vt ait tul.li.de benefi. Pudor inquit tollit multitudinē peccantium. ⁊ deſinunt eſſe ꝓbata maledicta. Sed indubie negare nō poſſum: huius temporis linguas taꝫ maleficas fore vt quaſi nō niſi turpia placent: ſerioſaqꝫ ꝓferentes vl' odio habent' vl' ſilere mox artant': nulluqꝫ hominū genus enormibus aſſiſtere veretur eloquijs etiā cōtinuis. Et vtinaꝫ audire ſufficeret ⁊ nō proferre: quorum oīum occaſio defectus verecundie eſt: que ſi habē tur huiuſmodi nefanda vitarent': qꝛ teſte vale.li.iiij.c.v. verecūdia parēs eſt omnis honeſti conſilij tutela omnium ſolēnium offociorꝫ magiſtra innocentie: cara proximis: accepta alienis: omni loco: omni tp̄e fauorabilem p̄re ſe ferens vultū. Simach⁹ in ſuo epl'ari: quorū mens honeſta ē: imbecilla frons eſt. Sed effrontes inueniunt' quorum memoria p̄tacta eſt: quibus ſilere ſi mos eēt: honeſta cōuerſatio vigeret: que turpi loquio examinata eſt. merito ergo catho dicebat. Pauca in conuiuio loquere. ⁊ idem in metro. Uirtutem p̄mā puto compeſcere linguaꝫ. Proximus ille deo qui ſcit ratione tacere. ⁊ ſubdit. Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus. Alexander in epl'a ad ariſtotelem. Solet turrim equitat' cuſtodire: ⁊ partius oīa que geſta ſunt loqui: qꝛ ſcꝫ optima cuſtodia eſt linguam ſcire refrenare. vnde ſocrates. Sepultus apud te ſit ſermo quem ſolus audieris. vnde olim pithagoricorum diſciplina erat. Diſcipulos tacere ꝑ quinquēnium: ⁊ poſtea eruditos loqui: vt refert hierony. ſuꝑ eccleſiaſticum. Idem cōmemorat guillermus de conchis in exordio ſue ph̄ie quam duci normanorū aſcripſit. vn̄ gaufredus in poetria. Non manus ad calamum p̄ceps nō lingua ſit ardens ad verbum. Quorūdam tn̄ ſilētia laude indigna ſunt eorum ſcꝫ qui loqui neſciunt: aut qui tacent vbi loqui cōgrueret. Que enim gratia tibi ſi taceas loqui cum neſcias. Nā maius nō eſt dixiſſe quod noueris q̄ ſiluiſſe quod neſcieris: vt ponit ſidoni⁹ in epl'is lib.v. Rurſus nec laudandi ſunt quorum taciturnitas nocet. Expedit enim caſibus congruis loqui. ouidius.ij.de arte. Qui ſermone placet nocitura ſilentia vitet. Qui canit arte canat: qui bibit arte bibat. Exigua virtus preſtare ſilentia rebus. At contra grauis eſt culpa tacenda loqui. itaqꝫ tacere quādoqꝫ loqui eſt Sepe enim taciturnitas interrogāti conſenſum innuit. Temperet ergo ſic quiſqꝫ linguaꝫ ⁊ ſit mutus: vt nec tacēdo nec verbiſando ſuperflua annuere videatur. ouidius libro ſecundo ſine titulo. Quis minor eſt vnquā

ꝙ taciuiſſe labor.

Capl'm ſeptimuꝫ de vitando mē dacio ⁊ periurio.

Mendacium linguam reddit infamē ⁊ ꝑiuriū infidelitatis crimē videtur. Ut plurimū tñ hoīes vt filij dyaboli in vaniloquijs ⁊ mendacijs gloriantur; nec curant quid dicant ſolum vt loquant̄. de quibus ſeneca epiſtola lxxxvij. Jam quidē etiam vbi cauſa ſublata eſt mētiunt̄ cauſa cōſuetudinis. Uerūtamen oē mendaciū fraus eſt. teſte hugone. Mēdacium eſt falſa vocis ſignificatio cum voluntate fallendi. Omne igitur mendaciuꝫ ꝑditionis ſpēm obtinet. vñ redarguendi ſunt qui vtilitatis aut venditionis cā mentiri nō erubeſcunt. tul. i. de officijs: Illiberales ⁊ ſordidi ſunt queſtus mercēnariorum oīum quorum opa nō quoruꝫ artes emūtur qui dū mercant̄: nihil ſe ꝓficere putant: niſi admodum mentiant̄. Idem tul. lib. iij. Tollendū eſt ex rebus contrahendis omne mendaciū. Simachus in ſuo epl'ari. Minus eſt alienam ſententiaꝫ ſpernere ꝙ a ꝓpria diſcrepare quod faciunt mendaces qui aliud dicunt aliud ſentiunt: verbiſq; proprijs menti ſue contradicunt. Attendant igit̄ mendaces mendacium ſic peccatū cenſeri: vt nō ſolum vitiū ſit apud amicum ſed etiam apud inimicū. Lactan. li. de vero cultu. Uir iuſtus nō ſolum huiuſmodi amico ⁊ familiari: ſꝫ inimico ⁊ ignoto exiſtimabit mentiri nō eſſe ſuū: nec aliquādo ꝑmittet vt lingua a ſuo ſenſu diſcordet. Huius aūt ratio eſt: qꝛ vt pretactum fuit omne mendaciū vitiuꝫ eſt qꝛ ſcienter cōmittitur. al's mendacium nō eſt. Si aūt iocoſe mentiaris: ⁊ ſi peccatum mortiferū nō eſt: ſaltē habitum preparat mortis. Abſint ergo a quocunq; fideli mendatia: qꝛ princeps mendaciorum dyabolus ē cui ſubſeruiunt eius filij mendaces. Inter quos potiori correctione indigent qui ſua mendacia iuramentis affirmant. Nam teſte quintili. libro xviij. Jurare niſi vbi neceſſe eſt graui viro parum cōuenit. ſi tamē quis ita iuret: heſitabit lector an iuramento aſſiſtere teneatur. Cui dubietati ſane reſpondendum apparet iuramento abſq; neceſſitate minime vtendū Expedire ſi tamē iuramentū interueniat nō ſemꝑ cōgruit ſibi obedire: vt puta illicitū ſi fuerit. vnde tul. i. de officijs. Eſt ius bellicum fideſq; iuriſiurandi ⁊ cuꝫ hoſte ſepe ſeruanda ſꝫ nō ſemper. quod enim ita iuratuꝫ eſt vt mēs fieri oportere ꝯceperit: id ſeruandū eſt. qđ aūt aliter ſi nō feceris nullū ꝑiuriuꝫ eſt: vt ſi ꝑdonius vl' pirrhatis pactuꝫ pro redimendo capite nō tenueris. Nulla inquit fraus eſt etiam ſi iuraueris quod non feceris.

Nam cum pirrhata ſit cōmunis omnium hoſtis:nec iuramentū nec ſibi fides debet eſſe cōmunis. Idem.iij. de officijs. Si promiſeris alicui te daturum beneficiū ⁊ poſtea ſcias eē maluȝ aut dabis aut nō. Si des ſciens peccas:ſi nō das etiam peccas ꝓmiſiſti enim. Cui dubietati reſpōdet ꝙ ſapiētes nunꝙ̄ penitent de eo quod ꝓmiſerunt: vt dicunt ſtoici:hoc tñ verbum ſuꝑbum eſt. Non eſt inqͭt turpe mutare cōſilium.idem philippica.xij. Optimus eſt portus pereū ti mutatio cōſilij. Nihilominus tñ ꝓmiſſa obedientia iuſticie aſtare iuramentis vir quilibet bonus tenet. vñ alexander narrante valerio.iuramēta ſua violare noluit. vnde cū iret ad diſſipandum ciuitatē noīe lapſarum obuium habuit anaximenē preceptorem ſuuȝ. Sciens igit alexander ꝙ ꝓ ciuitate interpellaret iuramento preuenit dicens ſe nō facturuȝ quod petijſſet. tūc anaximenes poſtulauit: vt ꝑlibatam ciuitateȝ deſtrueret.qđ audiens alexander ciuitatē ſue paci reliquit. Nunc aūt principes ſua iuramenta ſic nō obſeruant:nec ſolum frangunt ea que ex voluntate ꝑſonali fecerunt:ſed etiā ea que ex iure regni vel dominij ꝑdeceſſorū more faciunt. Nimirum igitur ſi proditorum aut infidelium ſeruitorum comitiuam habent. ſuis enim piurijs taleȝ ꝓmerentur. dicunt enim illud ouidij Amplector ſanctas que dant bona ſemina fraudes:qꝛ ſcȝ prauas ſocietates amplectant. Sȝ tandē fraus repellit fraude. iuxta illud ouidij li. iij de arte. Judice me fraus eſt cōceſſa repellere fraudem. Armaqȝ in armatos ſumere iura ſinunt. Rurſus lector attendat ne mētiri ꝑſumat etiā ſi vera fuerit mens ipſius:qꝛ nō ſiſtit mendacium in eo qđ cogitat:aut in eo qđ ſignificant verba que ꝓfert ſȝ tunc mentiris qñ fallere intēdis auditorem. Tunc aūt fallere tendis qñ id ſcis nō fore verum qđ credis auditorem ex verbis capere tuis. Verbis aūt tul.i.de offi. Nō obſtātibus nullo pacto iurare habes qđ tenere nolis. Sed caue quid iurabis. Male enim ſi iuraueris:vt ſi iuraueris male te viuiturū:male iuraſti iuramentumqȝ tenere non debes. iurando tñ te obligaſti ad faciendū quod nō debes. Juſticia aūt te obligat vt bene viuas:⁊ te iniuſticia tua male viuiturum obligauit. Itaqȝ cōtradicentibus obligationibus ſubiaces:quarū vna irritanda eſt:nec obedire iure teneris:ſed ex opere tuo ꝙtum in te eſt obligaris:que obligatio friuola eſt. de iuramento tamen ⁊ mala obligatione penitere habes.

Ca.viij.de regimine temperato corporis.

Ex temperie corporis ſit homo ſanus ſapiens atqȝ modeſtus: tam in ſermone ꝙ in

affectu. Itaqꝫ redditur homo bonus
⁊ a diſſolutione vite fit immunis. nā
teſte horatio li. ſermonum homo fa-
ctus ē ad vnguē: qꝛ ſcꝫ ſub terminis
preciſis vita ei⁹ cōſtituta eſt. ob hoc
viuat ſub lege preciſa: vt morib⁹ cō-
poſitus inueniatur. Nam magnum
opus eſt mores compoſuiſſe bonos
Sepius autem vita fit immodeſta
temeritate ſuperbie inurgēte. Unde
claudia. in maiori inquinat egregios
adiunctat ſuperbia mores. Ueteres
autem non ita vixere. Nam ſuperbie
faſtu delicto: commeſſationumqꝫ et
ebrietatum deglutione ſpreta: mode
ramine vitaꝫ duxerunt. Unde hiero.
cōtra iouinianum. allegat ſtoicū nar
rantem: qualiter ſacerdotes egyptij
mundi negotijs poſtpoſitus in tēplo
ſemper deum coluerunt: rerumqꝫ na
turas ſtudioſiſſime cōtemplati ſunt
nunqꝫ mulieribus ſe miſcuerunt. nū-
ꝙ cognatos ⁊ propinquos ſeu libe-
ros viderunt: ex eo tempore quo diui
no cultui ſe manciparūt carnibus et
vino ſe ſemꝑ abſtinuerūt ꝓpter caſti
tatem ⁊ pane raro veſcebantur ne one
rarēt ſtomachū oleū tamē in pulmē
tis nouerant: ⁊ hoc parum propter
nauſeaꝫ. cubile eis erat de folijs pal
marum contextum. Utinā enim tē-
poribus huius viri ſapiētes precipue
ſacerdotes vitam ſuā pariter mode-
rarent. tunc perirēt exceſſus aut ſal-
tem minuerētur: quibus humana vi
ta maculatur. vnde lucanus li. ij. Ipſa

ta creationis ſecta fuit tenere modū
qꝛ ab exordio rebus ſinglis vite mo
deramine inductū eſt. Unde phi ve-
teres humanā vitam tripartitaꝫ di-
ſtinxerunt: vt refert fulgētius li. ij. mi
tologiaruꝫ primā vitā dixerūt contē
platiuā: ⁊ illam applicauerūt miner-
ue que grece īmortalitatis virgo di-
citur: qꝛ ſapientia eſt īmortalis. Ipſa
autē minerua dea ſapiē athenis vo-
cabatur. in cuius memoriaꝫ veteres
ſapientes noctē elegerunt: eo ꝙ ſapi
entia in tenebris maxime lucet: ſcꝫ in
anxietatibus occurentibus. Rurſus
aliam vitā dixerunt actiuā quam at
tribuerunt iunoni que quaſi a iuuan-
do dicta eſt: que iuno regnis preeſſe
dicitur cum ſceptro depingitur ⁊ diuitia
rum creditur mater. In cuius memori
am pauonē acceperunt: que diuitijs
cōparatur: eo ꝙ poſteriora nudat et
anteriora ornet. ſic diuitie ad tēpus
vitā ornant: ſꝫ poſtrema hoīs nuda
deſerunt. Rurſus tertiam vitaꝫ volu
ptariam dixerūt quā veneri aſcripſe-
runt: eo ꝙ dea voluptatis creditur: et
alio nomine dicta afrodis quaſi ſpu
ma. fertur enim nata ex virilibus ſa-
turni ꝓiectis in mari. Hanc veteres
nudā depinxerunt: eo ꝙ ſuos amato
res denudare ſolet. In cuius memo-
riam roſas acceperunt: qꝛ ſicut roſa
delectat ⁊ cito marceſſit ſic libido.
Aliqui tamē in eius memoriā colum
bas depinxerunt: cū ſint in coitu fer-
uide. Alij vero cōcham marinaꝫ: eo

 libidini tota immixta eſt. hec hie-
rony. Audiſtis ergo triplicem vitã
phos deſcripſiſſe: quarum prima ſapiē
tum eſt et tēperatiſſima. ſcda vero ē
in mundo viuentiū: in qua modeſtia
cōpetens pōt obſeruari. tertia autē
vita que voluptuoſa dicitur: ipſa eſt
quam manuducunt vanitatis ama-
tores ebrietatē ſectantes omnemqꝫ
vite regulam reſpuentes in qua vita
fama perdit diuitie cōſumunt corp
corrumpit: vita breuiat: viſus minui
tur: ſenectus celeratur: ſenſus diſſol-
uuntur: ſtudiū periclitat: et fere innu-
merabilium virorū genera huius vi-
te occaſione aggregant. Hec enim
vita ſolum de corpe curat. et tñ curan
do ipm exterminant. O  laudabi-
lis cura fedum nutrire corpus et ſac-
cum ſtercorū tanta munire cuſtodia
ſene. epla. xiiij. Multis ſeruiet q cor
pori ſeruit: qui pro eo nimium timet
qui ad illud oia refert quaſi dicat 
magna ſeruitus eſt regere corpus.
Expedt tñ ſic ipm regere: vt vite ho
neſtati nō derogē quod intēperati
nō faciunt. vnde idem ſene. vbi ſupra
ſubdit. Sic gerere nos debemus tã
 nō poſſumus ſine corpore ſcꝫ in
vita preſenti. et ſubdit. Agatur cura
eius diligētiſſime: ita tñ vt cū exige-
ret rō: vl fides etiam in ignem mittē-
dum ſit. Idem epla. xxiij. Corpuſcu
lum rem neceſſariã magis crede 
magnã. nihil inquit ſine illo fieri pōt
Itaqꝫ nutriendū eſt corpus non ad
voluptatem: ſed ad neceſſitatem: eo
 corpus nō eſt domus voluptatis
anime: ſed potius cōmodatū hoſpi-
tium. Idem epla. xvij. Uis aduerſus
hoc corpus liber eſſe tanꝙ migratu
rus illud inhabita. Expedit igit cor
pus tēperate regere ne ſua intempe
ries ſcelera germinet. Si enim impe
tus pmos refrenare nō poſſis: ſaltē
occurrēti rationi acquieſcas. Sapi-
ens eſt tñ qui peccatorū exordijs ob
ſtat. ſene. epla. lxxxv. Facilius vitio-
rum initia phibere  impetum rege
re. Sed diceret aliquis: qr ſi corpus
domari pōt: animus tñ videt ſupera
ri nō poſſe. Quomodo igit quis tē-
perate viuet. cicero. Nulla inquit eſt
tanta vis corporis que frãgi nō poſ-
ſit. Animū aūt vincere aut iracundi-
am phibere nemo poteſt: qui. n. hoc
fecerit nō ſummis viris ſed deo ſimi
limus eſt. Que verba innuere viden
tur animū temperari nō poſſe. Hoc
tamē nō ita credas: nec ex verbis p-
dictis intelliges impoſſibilitatem ſꝫ
difficultatem: qr ſcilicet animi paſſio
nes difficulter reprimuntur ab eo ſi-
gnanter cuius vita diſſoluta et intem
perata ē. Omnes tamen animi mo-
tus ſedula corporis caſtigatione di-
ſcretoqꝫ ꝯſilio reprimi poſſunt. Sic
ſaltē vt ad peccatum mortale nō du
cant.

Capitulum nonū de prudentia
acquirenda.

Prudentia dirigit ho-
minem in cunctis agē
dis:ꝛ quaſi virtutum
dicitur oculus. proui-
dumq; hominem red-
dit quo ad ea ſine quibus nullos ꝓ-
ſperos terminos vite attingere pōt.
Hec enim prudentia nō ſolum pre-
ſentia:ſed etiā preterita ꝛ futura cō
cernit. Unde terentius in adelphis.
Iſtuc eſt ſapere nō modo quod an-
te pedes ſitum eſt videre:ſed etiam
illa que futura ſunt proſpicere.vnde
hierony.contra rufinū narrat pitha-
goram dixiſſe duo tempora maxime
proſpiciēda fore. Intuenda enī ſunt
illa que acturi ſumus ꝛ que geſſimuſ
quia ſcilicet prudens preterita debꝫ
meditari vt eorum exemplo delibe-
rare queat in poſterum que ſit factu
rus:ꝛ quo fine opus futurum termi-
nare valebit. Boetius.ij.de conſola
tione. Non quod ante oculos ſitum
eſt ſufficit intueri:ſed rerum exitus
prudentia metitur.quintili.libro.viij.
inſtitutionū prudentis eſt:vt ſui ope
ris principium intelligat ꝛ cur id bo
num ſit ſciat. non vtiq; pernicioſum
eſt vires fiducia preuenire:qꝛ ſcꝫ ſtul-
ticia eſt ſic in viribus proprijs confi
dere vt nō meditetur quid poſſit acci
dere. Unde gaufredus in poetria.
Greſſum precurrāt oculi preconſule
mentē. Et vires mentire tuas ſi for-
tis es:aude grādia ſi fragilis hume
ris impone minora:qꝛ ſcꝫ vnuſquiſq;
prudens opus debet aſſumere iuxta
q̄titatem viriū q̄ ſuppetunt ei.ſi tñ
virtus debilis fuerit ſpe atq; fidu-
cia debet animari. Nam ſepe fragi-
les ſpei gratia viriles fiunt.ꝛ iō ſub-
dit gaufredꝰ vbi ſupra. Si poſſe ſit
artum dilates aīum ſi corpus ſit de
bile mens ſit fortis ꝛ exiguas ſupple
re memēto.ſcꝫ ꝑ ſpem grandē vires
ſuppleri debēt.hoc enī agere magna
ars atq; prudentia eſt.vnde ouidius
ꝑmo de:arte. Arte cite naues remis
diriguntur. In oībus enim ars ꝛ pru-
dentia ꝓdeſt. Sed plures prudētie
ſtulticiam ꝓponunt nec attendunt id
nocere poſſe qđ ſepius dicunt quos
redarguit ouidius primo de ponto.
Tu modo fac timeas ꝛ que tibi leta
videntur duꝫ loqueris fieri triſtia poſ
ſe puta. Nam teſte virgi.primo enei-
dos. Res animos incognita turbat.
Prudentes igitur ſtudeant preco-
gnoſcere quid ſint facturi. Rurſus
prudens fieri cupiens veteres con-
ſpiciat dies:ꝛ antiquorum exempla
ſuis oculis preponat:prout facien-
dum inſtruit ſeneca.vij.de naturali-
bus queſtionibꝰ. Nec enim via pru
dentie ſumma eſt veterum exemplis
doceri:proprijſq; periculis corrigi
non oportere:quod minime faciunt
ſeculi ſapientes:quorum ſapientia
ſtulticia eſt.preferūt enim virtutibuſ
inutiles diuitias.cum tamen diuitie
virtutibus ſeruire habeant.vnde ſe-
ne epla.lxxxi.ad lucillum. Seruiant

deteriora melioribus, ſcilicet virtutibus fortuita que nihil habēt magnificum: niſi q2 illa mirari cõſueuimus. ſi enim diuitie ex ſe bone eſſent ſuum ꝑficerent poſſeſſorem ſicut virtutes hoīem reddunt virtuoſum. ſ3 ꝓcul dubio diuitie ⁊ opes ſepius prauis aſſunt ꝙ̄ virtuoſis. vnde ſene. epl̃a lxxvij. Jllud inquit qḋ cõtemptiſſimo atq3 peſſimo cõtingere põt ex ſe bonum nõ eſt. hmõi aũt ſunt opes. lenonibus enim cõtingit ſepe diuitijs ob hoc enim non eſt preintēdendum Nam teſte tul. li. de paradox. Ea nõ ſunt optima extimanda que naufragio aut incendio amitti poſſunt; ſed virtutes ꝑcium grande eſt: q2 nec eripi nec ſubripi põt: neq3 incendio aut naufragio amittit̃. Jaceat ergo vtilitatis ſpecies ⁊ valeat honeſtas: vt inquit tulli. iij. de offi. Abſit ergo vt prudens aīum figat in hijs tranſitoriis que nõ ſunt niſi forinſeca ornamēta: hoīemq3 intenus nõ perficiũt. vñ apuleius lib. de deo ſocratis. Non eque diuites ſpectare ſolemꝰ vt eq̊s quos mercamur: neq3 enim in equis emendis phalaras cõſideramus: ſ3 ip̄m equum nudũ ⁊ ſolũ vt ſit ad ſpeciem honeſtus ad curſu3 leuis ad vecturam validus: ſed hoīum ſtulticia hec eſt. illos prudentes virtuoſoſq3 putare quibus ridet fortuna. Unde ſeneca ad lucillum. Quemadmodum ſtultus eſt qui equũ empturus nõ ipſum inſpicit: ſed ſtratum eius ⁊ frena: ſic inſipiens eſt qui hominem ex veſte aut fortuna extimat. ⁊ idem ſeneca epl̃a. lxvi. loquens de diuitibus ait. Cum p̄ſente populo elati inceſſerunt: nemo tamen eorum quos diuitie extollũt magnus eſt: quaſi diceret ꝙ ſole virtutes a prudentibus magne exiſtimant̃. Et ideo epiſtola lxxxi. inquit. Abſtrahamus a rectitudine diuitias honores ⁊c. que opinione noſtra cara ſunt; tunc enim vilia precio fient.

## Capitulum decimum de prouidentia circa fortuita.

Vir ꝓuidus conſiderat debere preſentia p̄terita ⁊ futura ⁊ bonis preſtitis nõ abuti, na3 ex p̄terit3 homo docetur cauere futura ⁊ regl̃are p̄ſentia. Stulti autē iſta nõ conſiderant: ſed de preſentibus ſolũ ſollicitant̃. ideo in ꝓceſſu tēporis cõmuniter deficiũt Vir autem prudens qui rebus bene vtitur tp̄e oportuno non indigebit. Prudens ergo intueat̃ quid ſibi cõtingere põt ⁊ caſibus prouideat fortuitis. tulli. li. i. de officijs. Jllud magni ingenij eſt cogitatione percipere ⁊ ante cõſiderare quid euenire poſſit: ⁊ quid agendu3 ſit cũ euenerit. ſeneca epl̃a. iiij. Aduerſus oīa que accidere pñt te adhortare ⁊ indura, ⁊ ſubdit. Noli huic tranquillitati confide

re, momento enim mare concutitur.
Lamentandū igitur eſt: qꝛ rerū poſ-
ſeſſores abutunt̄ eis: tpeqꝫ neceſſi-
tatis ſibi ſuccurere nequeūt eo ꝙ ꝓ-
uidi nō ſunt. Alij vero ꝓuidi fieri cre-
dentes que habent ita cuſtodiunt ⁊
parſymoniſant ꝙ vti eis etiā vbi cō-
gruit nō audent. itaqꝫ laboribus aſſi-
duis ⁊ forſan criminibus interueniē-
tibus plurimi opes aggregant qui-
bus minime ꝓſperantur. Horuꝫ aūt
nulli ꝓuidi ſunt: ſed amborū mentes
ſtulticia occupat. Unus enim ſtoli-
da diſpenſatione; alius tenaciſſima
bonorū detentione inſipiens cōpro-
batur vnus peccat: qꝛ ſe nunꝙ egere
formidat: alius deficit eo ꝙ indige-
re ſic timeret qꝺ nil ſibi ſufficit. hora-
tius li. carmi. Non poſſidentem mul-
ta vocabis recte beatū. rectius eniꝫ
occupat nomē beati qui ſcit deoruꝫ
muneribus ſapiēter vti: duramqꝫ pau-
periem pati. Ideoqꝫ beatior eſt qui
ſcit pati anguſtiā ꝙ qui bonorū am-
plam poſſidet copiā: nec etiam felix
aut prudens eſſe dicit̄ qui bonorum
ꝓdigus diſpenſator inuenit̄. vnde ci-
cero. Bonoruꝫ mobiliū facultas nō
ſtat in copia extendenda: ſed in bene
vtendo illa. ⁊ didimus ad alexādruꝫ
Beatus eniꝫ rerum cōditor varias
ſpecies formauit in mundo: quaruꝫ
vſum humano arbitrio ꝑmiſit diſcer-
nendum. Nam hoīem deus cōſtitu-
it principē rerum vt eis ꝓuide ⁊ pru-
dēter vtat̄, ⁊ lꝫ oīa bona ſint: ſepius
tamen nocent homini bona nō ex ſe:
ſed ex humano abuſu. vnde ouidius
ij. de triſtibus. Nil ꝓdeſt quod non
ledere poſſet, ideꝫ ⁊ ꝓſper in epigrā.
Et bona q̄ prauis nature dono ſup-
ſunt augēt peccati pondera. cuncta
bonis ꝓſunt quos ⁊ mors ipſa bea-
tos efficit vt ſumant premia. ⁊ maxi-
mianus. Non res in vitio ſꝫ malefa-
cta cadunt. Que verba nil aliud ſo-
nant niſi ꝙ ꝓuide rebus eſt vtendū
alr̄s in rebus peccat homo que tn̄ in
ſe bone ſunt. Animaduertat igit̄ pru-
dens quid tp̄s exigit. Nam teſte ſo-
crate. Melius eſt cauere ꝙ pauere
⁊ in ꝓuer. ſapientū dicitur: ꝙ bonuꝫ
eſt in alieno mala fugienda aſpicere
nec debet ꝓſpici ſolum fortuna pn̄s:
lꝫ ꝓſpera. vnde teren. in phormiōe.
Dum maxime hoīum proſpere ſunt
res: tunc maxime eū meditari opor-
tet quo pacto aduerſus erumnam fe-
rat qꝺ improuidi nō faciunt: ideo cō-
cutiente eos fortuna deſperāt qn̄ fu-
tura nō ꝑcogitant. vnde ſene. ad luci.
ep̄la. lxxxvi. Precogitati mali mol-
lis eſt ictus ſꝫ ſtultis ⁊ fortune credē-
tibus oīs videt̄ noua reruꝫ facies in-
opia: magnaqꝫ pars eſt apud impe-
ritos mali nouitas. ideo ſapiēs aſſue-
ſcit ſe malis futurꝫ: vt q̄ alteri diu pa-
tiendo fiūt leuia: huic leuia fiant diu
cogitando. Quot eni hmōi improui-
dos vidi. Iaculus eniꝫ imminentibus
fere inſenſati fiebant: ſed ꝓſpera ma-
nente fortuna tanto applauſu titilla

bant:vt tota eorū facies gaudio mirabili ſed incōſulto dedita eēt. Si ergo ꝓuidus es precognita te cadere poſſe. ⁊ ſi caſus euenerit tibi: ne putes inopinatum tibi accidiſſe. catho. Cum fueris felix q̄ ſunt aduerſa caueto. Proſpice q̄ veniunt hos caſus eſſe ferendos. Nam leuius ledit quicquid ꝓuidim⁹ ante. Quod tibi ſuſpectū eſt ꝯfeſtim diſcute quid ſit. Nā q̄ ſolent ꝑmo q̄ ſunt neglecta nocere. Trāquillis rebus q̄ ſunt aduerſa caueto. Rebus in aduerſis meli⁹ ſperare memento. Ex quibus apparet fortune aſpere amicos ſibi debere ꝓuidere ꝑmeditando caſus poſſibiles eis vt leuius ledant quorū ꝑmeditatio alieno experimento optime cōcitatur. tul. Felix quicunq̄ dolore alterius didicit poſſe cauere ſuū. ⁊ ouidius. iij. de arte. Diſcite ab alijs veſtris mederi querelis: q2 vt idē li. de remedijs. que nimis apparent retia vitat auis. Sed forſan cōgruit vt excogitemus cām ſapientie hoīm huius ſeculi. plures eniꝫ ꝓuide nō viuunt: q2 tp̄s nō diſcernunt a tpe: nec agenda ꝯgruis diſtribuūt horis. Uerūtamē teſte ſapiente. Omnia tp̄s hn̄t oīq̄ negocio tp̄s eſt ⁊ magna pars prudentie eſt tp̄us opportunitatē obſeruare. vnde ouidius de remedijs. Tēporibus aptis medicamina adhibita ꝓſunt. Et dato non apto tpe iure nocent. Principijs obſta ſero medicina parat̄. Cum mala ꝑ longas cōualuere moras. Que verba nil aliud ſonant niſi q̄ ꝓuidus ſui opis opportunitatem querit: tpeq̄ cōgruo age re diſponit. vnde catho. Tēporibus mores ſapiens ſine crimine mutat. Inſipiens eſto cum tp̄s poſtulat aut res. Stulticiā ſimulare loco prudentia ſumma eſt. Itaq̄ oīa tempus habent. ouidius de ponto. Leta quidē letus cecini cano triſtia triſtis. Conueniens opi tp̄s vtriq̄ ſuū. O vtinā hij ſaltem qui ſe doctos putant ꝓuide viuerent: tpibuſq̄ cōgruis ſingula diſtribuerēt. Dices fortaſſe q̄ ſapiens nō es. tu ergo cōſilium quere: vt ſi ꝓprio ſenſu te regere neſcis alieno ſaltem cōſilio te dirigi ne recuſes vnde ſaluſtius in catilinario. Priuſq̄ incipias cōſulto ac vbi cōſulueris mature facto opus eſt. tulli⁹ de ſenectute. Nō viribus aut velocitate corporis res magne gerunt̄: ſed cōſilio auctoritate ⁊ ſnīa. nam conſilio qui nō vtitur nimirum ſi opis ſui bonum finē non ſortitur. tul. philip. xi. maiorum cōſilij eſt. Prouidere ne quid triſte accidat: ſed animi eſt fortiter ferre ſi euenerit. itaq̄ laudabile eſt ⁊ cōſilio preuidere triſticia ⁊ patiēter ferre oīa. nam teſte quintilia lib. ij. Plurimum in conſilijs valet auctoritas. Nam ⁊ optimus ⁊ prudentiſſimus cōſul haberi debet cui de virtutibus atq̄ honeſtis credere omnes velint Sed plurimi inconſulte viuunt ſtultorumq̄ conſilia que ita dici nō me-

rentur querunt. Sapientū enim cō
ſilia recuſant:eo ꝙ cōſentire ſapien-
tibus nō intendūt. Nemo tamē tā
prudēs ex proprio ſenſu quin alieno
egere poſſit. Sidonius in ſuo epiſto
lari li. iij. Plurimum laudes ſic viuē
tes ꝙ ſuis moribus applicant:quo-
tiens aliquid negociaturi ſunt conſi-
lia peritorum. catho. Conſilium ar-
chanum tacito cōmitte ſodali. Uite
cōſilium dñi nec deſpice ſerui. Nulli-
us ſenſū ꝓdeſt ſpreueris vnꝙ̄. gau
fredus in poetria. Si bene vis duci
te certo cōmitte duci. Nec tamen hij
conſilio vti videnť qui ꝓprie volun-
tati maxime innitunť. Nec vota que
runt aliis vt cōſentiant aut vt ſe di-
rigant:ſed vt temptēt:aut vt prudē-
tum morem habere videanť. de qui-
bus apuleius libro de deo ſocratis.
Quidam ꝑ angiportum reptantes
cōſilia nō ex ſuo corde:ſed ex alienis
vocibus colligunt:⁊ vt ita dixerim.
nō animo ſed auribus cogitāt. itaqꝫ
aīm ſuum ꝯſilijs acceptandū nō ap-
plicant. cum tñ quintilia. li. viij. dicat.
Nouit quiſqꝫ q̄d facturus ſit nō tñ
ex ꝑceptis. quinimo ex ſui natura ex-
pedit:vt cōſilium capiat formande
actionis. ſeneca epl'a. xxiij. Boni vi-
ri auiditas tuta eſt que ſe ſubdit ex
bona cōſcientia ⁊ honeſtis conſilijs
Pauci enim ſunt qui conſilio ſe ſua
qꝫ regant. Ob hoc ꝙ more eorum
qui in fluminibus natant non eunt:
ſed feruntur. Sed turpe eſt non ire
ſed ferri ⁊ ſubito in medio turbine re
rū ſtupere ⁊ querere quomodo huc
veni:vt īquit ſeneca epiſtola. xxxvij.
Prudentes ergo conſilia querant:
non preciſe vt audeant:ſed etiam vt
acquieſcant vt veniente proſperita-
te leticia ſubita ⁊ incognita non ſit:
vt etiam aduerſis imminentibus ter
reri nō oporteat. tullius pͥmo de offi
cijs. Fortis animi ⁊ cōſtantis eſt nō
perturbari in rebus aſperis:ſed con
ſilio vti ⁊ ratione:nec a ratione diſce
dere. Unde boni ingenij eſt fortunā
percipere ⁊ ante cōſtituere quid eue-
nire poſſit ⁊ quid agendum ſit dum
euenerit. Si quis enim hoc fecerit ꝓ
ſperitate non ſeducetur:⁊ aſperitate
nō deſperabitur. ideo in prouer. ſapi
entum dicitur ꝙ diu deliberandum
eſt quid ſtatuendū eſt ſemel. nec ta
men ſufficit conſiliū capere niſi ma
turum fuerit. Cōſilia enim leuia quā
doqꝫ non dirigunt ſed potius deui-
ant. vnde ſocrates. Uelox conſilium
ſequitur penitentia:maximeqꝫ con-
ſilio contraria ſunt feſtinatio ⁊ ira.

Capl'm. xi. de facili credulitate
reprobanda.

PRudentis eſt vt de fa-
cili nō credat cū nō pe
tat maturitas leuitatē
ꝯgruens prudētibus
petronius. Nunquā
recte faciet qui cito credit. Namqꝫ
qui cito credit cito fertur incōſultus

afflatus ventus ⁊ aura ſuos. Nec tibi ſol calidus nec tibi ſit lucida phebe. Deſtituāt oculos ſydera clara tuos. Nec tibi vulcanꝰ nec ſe tibi p̄beat aer. Nec tibi det tellꝰ nec tibi pontꝰ iter. Exul iops erres alienaqꝫ limīa luſtres. exiguūqꝫ petas ore tremēte cibuz. Nec corpus querulo nec mēs vacet egra dolore. Noxqꝫ die grauior ſit tibi nocte dies. Siſqꝫ miſer nec ſis miſerabilis vlli. Gaudeat aduerſis femina virqꝫ tuis. Qui mala cuz tuleris plurima plura feras. Cauſaqꝫ nō deſit: tibi ſemper copia mortis optatam fugiat vita coacta necem. His etenim verbis maledictionibuſqꝫ conſimilibuſqꝫ ſtulti litigant iraz concitant ⁊ quietem mentis ſubuertunt: quorum contemnendus eſt ſermo rixaqꝫ ſpernenda. iuxta illud varronis in ſuis ſententijs. Contemnendi ſunt ineruditorū contēptus ſi vis ad ſumma progredi.

Capitulum decimum de abſtinētia ⁊ ſobrietate.

Victus modeſtus honeſtatem corporis ſanitatem quoqꝫ atqꝫ mentis proſperitatez conſeruat: vnde ſeneca libro d̄ quattuor virtutibus. Ede citra ſaturitatem bibe citra ebrietatem. obſerua ne in cōuiuio nec in qualibet communitate quos imitaberis damnare videaris. Nec preſentibus delicijs inherebis: nec deſiderabis abſentes. victus tibi ſit ex facili nec ad voluptatem ſed ad cibum accede palatum tuum fames excitet non ſapores deſideria tua paruo redime: quia hoc tantum curare debes vt deſinet: atqꝫ ita quaſi ad diuinuz exemplar compoſitus a corpore ad ſpiritum optum potes abducere feſtina. ideo terentius in andria actu primo ⁊ ſcena prima. Id arbitror apprime in vita vtile eſſe ne quid nimis. ⁊ hieronymus contra iouinianum. Galienus inquit doctiſſimus interpres hypocratis athletas: quorum vita et ars ſagina eſt dicit in exhortatione medicine nec viuere poſſe diu nec ſanos eſſe: animaſqꝫ eorum ita nimio ſanguine ⁊ adipibus inuolutas: vt nihil tenue nihil celeſte curent: ſꝫ ſemper de carnibus ⁊ victu ⁊ ventris ingluuie cogitare ſollicitentur. Ab ſit igitur a viro ſapiente crapula. Naz veteres cum parſimonia vixiſſe legūtur. Unde ſocrates ſole occidente cōuiuium cogitato. Ipſe enim ſocrates temperatiſſimus extitit: ⁊ vnica refectione ſerotina contentabatur. Ipſius temperantiam commendat A. gellius libro primo. Plurimorum tamen exhorbitant iudicia

Quam enim gulam pretextu vite excuſant. Dicunt enim viuere oportere quod verum eſt: ſed caſtrimargie voluptas nō eſt via ad vitā

ſed diſſipatio nature eſt. vnde boeti⸗ us. ij. de cõſolatione. Paucis mini⸗ miſqꝫ natura cõtenta eſt: cuius ſatie tatem ſi ſuperfluis replere velis aut iniocũdum aut innoxium voluentur Itaqꝫ nil congruentius viro iuſto et prudenti ꝙ ſobrietas. dicẽte ouidio in epl'is. Eſt virt⁹ placidis abſtinuiſ ſe bonis: nec cõqueraris ſi te faciat abſtinentia fragilem. Nam fragili⸗ tas moderata ſepius eſt nutrix virtu tum. iuxta illud valerij li. ij. ca. i. Bo ne quoqꝫ valitudinis quaſi quedam mater eſt fragilitas: inimica luxurio ſis epulis ⁊ aliena minime vini abũ⸗ dantie: ⁊ ab immoderato venerꝭ vſu auerſa. Ne ergo timeas per abſtinẽ tiam fragilis fieri ſi moderata fuerit tunc enim vitijs alimenta tollis quã do immoderata fercula atqꝫ pocula rennuis. ideo ſene. li. de morib⁹. Ab⸗ ſtinentia inquit eſt ſumma medicina ⁊ valerius li. ij. ca. i. Fuit inquit anti quorum illa ſimplicitas in cibo capi endo humanitatis ſimul ⁊ continen tie iudex certiſſima. itaqꝫ ꝑ cibi ſim⸗ plicitatem obtinuerunt vt eorũ hu⸗ manitas continentia eſſet. ⁊ ſubdit. Maximis viris prandere ⁊ cenare in propatulo nõ erat verecundie: qꝛ nec epulas habebãt quas oculis po puli ſubijcere erubeſcerent. Vini etiã vſus olim romanis feminis ignotus fuit ne in aliquod dedecus prolabe⸗ rentur: quia proximus a libero patre intemperãtie gradus ad inconceſ⸗ ſam venerem eſſe conſueuit. Et. A. gelli. li. ꝑmo. Parſimonia inquit a⸗ pud veteres romanos ⁊ victus atqꝫ cenarum temeritas nõ ſolum dome⸗ ſtica obſeruatione ac diſciplina: ſed etiam publica animaduerſione legũ cuſtodita eſt. vnde didimus ad ale⸗ xandrum. Gens inquit bragmano⸗ rum pura ⁊ ſimplici vita viuit: nullis rerum capitur illecebris. nihil appe⸗ tit amplius ꝙ ratio nature flagitat. Facilis inquit nobis alimonia luxu rie ſagittas nõ ꝑquirit: ſed quam tel lus ferro laborata nobis profert ali moniam hanc noſtris menſis appo⸗ nimus. Et hinc eſt ꝙ nulla genera morborum ſcimus: ſed diuturna ſa⸗ lute perfruimur. Medicine enim re medium nobis parſimonia eſt: que nõ ſolũ illapſas poteſt curare dolo⸗ res: ſed etiam procurare nõ veniant. His igitur verbis atqꝫ exemplis cla re apparet maxime vtilitatis fore ſo brietatem qua corporis ⁊ mentis ꝓ ſperitas roboratur qua mediante ve teres ſanitate atqꝫ virtutibus flore runt. Illos tamen ſobrios aut abſti⸗ nentes nõ credimus quibus mos ẽ aquam bibere: panem groſſum ede⸗ re niſi ex his cõtententur. Nam tunc vere abſtines qñ in parſimonia vite nõ moleſtaris ſed delectaris. nullum enim coactũ virtus eſt. ſeneca ad lu⸗ cillum. Non eſt inquit iocunda res aqua ⁊ polenta aut fruſtum ordea⸗ cei panis: ſed ſumma voluptas eſt

poſſe capere etiam ex his voluptatē τ ad id ſe duxiſſe qđ eripere nulla fortune iniquitas poſſit: tanq̄ dicat q̄ virtus abſtinentie tunc ſumma ē: qñ qui abſtinet τ abſtinēdo delectatur. ideo gaufre. in poe. Quādo te reficis dapibus nō ſis ita plen⁹ vt nihil apponi queat. τ ſubdit. Non q̄tuʒ poſſis ſed q̄tum pſit. τ magiſter ſeilo. Vis ne inquit conuiuari vis delicijs ſaturari. Iſtud tibi pſto dictū: breue ſobrius eſto. Naʒ qui ſobrius nō eſt ſed potius edax: brutis comparatur τ corpe nō mente paſcit. vnde oui. li. i. de arte. Certa tibi datur a nobis mēſura bibendi officiū preſtent menſq ſuum. Reuera ſobrietatē in ſe amare habet: in alijs qui querit. Petunt enī oēs patres filios ſobrios ac vxores abſtinentes. Nunquid ergo vita tenui cōtentari debent. ex quo eā deſiderant in hijs quos amant. Nā pamides helenā rapuit ſpecioſiſſimam ſed eaʒ odio habuiſſet ſi auide comedentem pſpexiſſet: qꝛ ſcʒ oēs ſobrietatem in ſuis vxorib⁹ petunt. vñ oui. iij. de arte. Carpe cibos digitis eſt q̄dam geſtus edendi priamides helenam auide ſi ſpectet edentē oderit τ dicat ſtulta rapina mea eſt. Verūtamen vt frequenti⁹ gula imperat multis ebrietatiq plurimi intendūt: quibus nulla dies leta videtur in qua nō crapulentur. Utinam attenderent illud tibulli li. ij. Mixtaq ſit bacho ſobria lympha modo. τ lucanus. Diſcite q̄ paruo liceat pducere vitam τ q̄tum natura petat: qꝛ ſcʒ edendū eſt citra ſaturitateʒ τ ſignanter ſi quis eger fuit: ſi vitijs aliquibus deditus quinimo viris etiaʒ ſtudioſis ſobria vita competit. vnde ennodius. Sobrietas ſemper ſtudijs referatur honeſtis. Nulla fides letis integra nec dubijs amplector ſanas que dāt bona ſemina frōdes. Poſt culpas anime ſunt holocauſta dei.

## Ca. xi. de ebrietate.

Ebrietas mentē ebetat: ſecreta reuelat: geſtus deturpat: eloquium ſcandalizat: nunc leticiam ineptā nunc lites generat: corpis vires exterminat: cadere iubet: bene agere prohibet: requiem impedit: ſenſum alienat: obliuionē inducit: libidinem mouet: nauſeam prouocat. viſuʒ minuit: membrorū tremorem cauſat: τ ab omni virtute hominē deſtituit ſi precipue cōtinuata fuerit. vnde galterus in alexan. li. iij. Rationis vile ſepulchrum ebrietas. ob hoc eſt ouid. de arte. Vina parant animos faciūt q coloribus aptos. Nunc veniūt riſus tunc pauper' cornua ſumit: tunc dolor τ cure rugaq frontis abit: qꝛ ſcʒ ebrietas ſepius colorē τ venuſtatem extrinſecā oſtendit τ lubricitatē deinꝺ querit. et ideo ſubdit. Iurgia

precipue vino cauſata caueto: et nimium faciles ad fera bella manus. ideo idē. ij. de remedijs. Uina parāt aīos veneri ſi plurima ſumas: vt ſtupeant mlto corda ſepulta mero. His etenī verbis patēt dāna que p ebrietatem generant. vnde ſene. ad lucil. epl'a. lxxxij. Nihil aliud eſt ebrietas ꝙ voluntaria inſania. oē vitiū incendit ⁊ detegit verecundiam remouet v̄ba dubia oculos incertos greſſum errantem vertiginē capitis ⁊ cetera hmōi cauſat. Nā ebrij ſero oīa que vis pmittunt: ſꝫ mane obliuioni tradunt. vnde marcialis cocuſ. Omnia pmittis cū tota nocte bibiſti. Non faciunt quicꝙ̄ pocula noſtra reū. Si enim p ebrietatē cōmoditas reſultaret ſi vini repletio corporis validitatem augeret: ebrietas fortaſſis excuſationem haberet. Ipſa tñ oīa incōmoda infert: nulliuſqꝫ honeſtatꝭ ſpeciem habet. vnde ſene. de naturalib' qōnibus. Iubes me inquit cum luxuria litigare. quotidianū iſtud ⁊ ſine effectu iurgium eſt: litigemus tñ. ⁊ ſubdit. Ubi inquit eſt ebrietas continua ibi corpus incaleſcit: nec ebrioſus ſitim extinguit. eius enī ſitis nō naturalis ſed febrilis eſt: ⁊ cor eius luxuria coquit. Hij etenim q̄to plus ſaciari putant tanto magis pocula poptant: qꝛ effrenatus eſt appetitus eorz ⁊ ſecluſus ab omni iugo rōnis cuz quibus etiā litigare turpiloquiū eſt: ex quo minime ratio dominat' in eis. vnde in prouer. ſapientum dicit' ꝙ abſentez ledit qui cū ebrio litigat Nam qui ebrius eſt lꝫ ſit corpore pñſens: nō tamē adeſt mente: qꝛ vſu rationis caret: eiuſqꝫ mens abſens eſt nec litiganti adeſt. Si igitur ſtultuz eſt litigare cū abſente; quid igit' ebrioſo petis. Ipſius enī ſunt ſermones quos pfert: ſed crapula ſuo veneno fauces ⁊ linguā deturpans inexecrabilia verba ſepius promit: ⁊ leticiaz quandā ſtultam vanā ⁊ loquacez gignit. vnd' ſimachus in eplis. Leticia res loquax eſt atqꝫ oſtētatrix ſui. nā ebrioſi cū ſuis crapulis letificati cuz fuerint iactantias emittunt: laudib' pprijs intendūt ⁊ quicquid pferunt ſtulticia innuit: plurimoſqꝫ ſapiētes ad ignominiā ebrietas deduxit.

## Ca. xij. de vitio gule.

Gula ſupfluitas eſt. omne aūt ſupfluum reſecandū eſt: al's. n. corpori nocet. Gula etenim ſua voluptate animuz allicit ad praua ⁊ more ſerpētino occulta ſua venena diffundit. iuxta illud virgi. in bucolicis. Trahit ſua quemqꝫ voluptas. ⁊ ſequitur. Qui legitis flores ⁊ humi naſcētia fraga. frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in herba: qꝛ ſcꝫ in vita delicata ⁊ guloſa vitia venenoſa latitant. Nempe in grandi

comeſſatione ſcelera creſcunt: et caro rebellionis ſumit audaciam. vnde petrus de riga. Spiritus ad corpus victus ab hoſte redit. Uirtutibus anime ſic princeps deſtruit armis. et ſubdit ad ppoſitum. Cui parat ipſe cocus dans renouāſq; cibos. Nam neq; quis poterit virtutū tāgere culmen. Si dominet eis vētris iniqu⁹ amor. Uerūtamen mundi ſequaces gule ſtudio tantūmodo vacant, et cōuiuiorum adinuentiones excogitant varietatiq; ciboꝝ ſtudentes in ferculorum abundantijs gloriantur. Hec aūt omnia diogenes pbus ſpreuiſſe legitur narrante valerio li. iiij. ca. iij. vt ſupra dictū eſt. Heu quid tibi prodeſt ſi ventre repleto pigritare incipias. Si enim comedere gloria tua ē; Cur ergo tm̄ comediſti vt tibi deſit gloria tua cū edere amplius nō poſſis. Reuera comeſſatō turpis gloria eſt. Uerūtamen qui in ea gloriantur ſua guloſitate ea priuant. Si enim ſobrietatē nō diligis eo ꝙ virtus ſit ſaltez ſis ſobrius vt comedere petas et edendo delecteris. nam abſq; deſiderio manducare nulla cōplacentia eſt. Diſcant igitur comeſſatores euitare gulam vt eorū gloria lʒ inepta nō perdat. Utinam tm̄ abſtinerēt nō comeſſandi ſed penitendi cauſa propter deum. Id enim quod ſine merito facerent in deum referendo ſibi pficeret: et fortaſſis illud onus abſtinendo nō inuenirent quod comeſſando reportant. vnde tulli. in rhetorica ſecūda. Comedere inquit oportet vt viuas. nō tamen viuere vt comedas Sed probdolor teſte ſene. li. vij. de naturali queſtione. Homines non ſunt ad pompinam dentibus et ventre et ore contenti: ſed etiam oculis guloſi ſunt. Ideo ſeneca ad lucillum epiſtola. vi. Taurus inquit pauciſſimorum iugeruz paſcua impletur: et vna ſilua pluribus elephantibus ſufficit. homo vero ex terra paſcitur et mari. Uerumtamen non fames hoc ventris facit ſed ambitio. Si enim regularet quis vitam ſuam delectabiliter modico cibo contentaretur. Ciborum enim varietas et delicacitas ſepius opinione potius ꝙ̄ re placere creditur. Nā plurimi cibos magnis ſumptibus ſibi iubent deportari: quibus tamen accidit: vt eo poſtponat ferculis quotidianis quibus vti ſoliti fuerunt. vnde quintilianus libro. viij. In grādibus cenis hoc ſepe nobis accidit: vt cum optimis ſaciati ſumus. varietas tamen ex viliori bus quandoq; nobis grata eſt. ita ꝙ edacitas nō neceſſitate aut bonitate: ſed potius voluptate fertur. Unde lucanus. O prodiga rerum luxuries nunquam paruo contenta paratu: ambitioſa fames: et laute gloria menſe: diſcite quam paruo liceat producere vitam. Et ennodius. Tubera: perdices: grus: turtur: et huius non explent viterum corpa

mille tuum: quaſi dicat ꝙ guloſi ſa-
tiari nō poſſunt: cum tamē venter hu
manus modicuſ exiſtat. ideo martia
lis cocus. Liber nō potes ⁊ guloſus
eſſe: liber eris cenare foris ſi maxime
nolis vegentana tuam ſi domet vua
ſitim. Que verba nil aliud ſonant: ni
ſi ꝙ vir guloſus ſeruus eſt ⁊ ſubie-
ctus caſtrimargie ⁊ auiditati que ſe
pius ꝓuenit ex cōuiuijs forinſe qui-
bus hoīs regula violatur. Ob hanc
enim cauſam legimus auguſtinū ex
tra domum ꝓpriam cōuiuari noluiſ
ſe. Naȝ teſte petronio, ingenioſa gu
la eſt: debet ergo cōtentari homo id
ſumere quod pro vita ſatis eſt. vnde
bernardus ſilueſter in microcoſmo.
Effluit occido cope totus hō. Sic
ſibi deficiens pegrinis indiget eſcis.
Sudat in hoc vitam denihilatq3 di-
es; q2 ſcȝ tranſit homo vitam: dieſq3
ſuos cuȝ cibo mortali quo vti habet.
Magna igitur ineptitudo eſt cum
epicuris in cōmeſſatione glãm cōſti
tuere qua omne bonum corporis et
anime retardatur.

Caplm. xiij. de penitentia nō dif-
ferenda.

Penitētia medicina eſt
anime in remediū pec-
catorum. Quam gra-
ue eſt igit̃ infirmo me
dicinam expectare taȝ
onerosum magis eſt ſapiēti aut eſſe
debet penitentiam delictis ꝓpiciaȝ
differri. ſene. li. de morib9. Multos
inquit vitam differētes mors incer-
ta preuenit. Omnis itaq3 dies velut
vltimus ordinandus eſt: itaq3 nulla
dilatio faciēda eſt. idem ſene. epiſto-
la pͥma ad lucil. Quicquid īquit eta-
tis eſt mors tenet. Stultum eſt igit̃
differre id quod te poſtmoduȝ poſſe
facere neſcis. ⁊ epl'a. lxi. Id agam9
vt omne tp̄s noſtruȝ ſit quod nō erit
niſi prius noſtrū eſſe reparemus. ⁊ li
bro. v. de benefi. Quis extremo die
audeat dicere vixi ⁊ quē dederat cur
ſum fortuna peregi. Hoc enim dice-
re nō poſſunt qui penitere differunt
qui bene agere ꝓcraſtinant. tales. n.
nō viuunt ſed languent: q2 teſte oui.
de ponto. Nā genus eſt mortis ma
le viuere. O igitur ꝙ reprimenda eo
rum ſtulticia qui de die in diem ſe vi
cturos putant inſipiētibuſq3 dilatio
nibus totam vitā abſq3 meritis ter-
minant. de quibus marcialis cocus.
Cras te victurum cras dicis poſtu-
me ſemp. Dic mihi cras iſtud poſtu-
me qn̄ venit. ⁊ ſubdit. Quā lōge craſ
iſtud vbi eſt aut vnde petendū. Num
ꝙ apud partos armenoſq3 latet. hoc
cras: cras iſtud ꝗ̄ti dic mihi poſſit
emi. ⁊ ꝯcludit. Crede mihi nō eſt ſa-
pientis dicere viuā. Hec tn̄ inſipien-
tia hoīm eſt qd̄ in ſpe tranſeunt dies
ſuos: ⁊ vſq3 ad ſenectuteȝ abſq3 bo-
nis moribus ꝑueniūt. ſene. epl'a. xiij.
ad lucil. Quid turpius ꝙ ſenex viue

re incipiens. ⁊ epiſtola. xxiij. Quidaꝫ
tunc viuere incipiūt cū deſinendū eſt
⁊ epl'a. vi. Ante ſenectutē curaui: vt
bene viuerem vt in illa bene moriar.
Reuera prudētes hoc faciunt: q2 diē
abſq3 bono ope aut penitentia abire
nō pmittunt quod facere ſtulti negli
gunt. vñ poſſidonius. Unus inqt di-
es hoim eruditoꝝ plus placet ꝙ im
periti longiſſima tpa. Sed vñ pluri-
um gignit ſtulticia: ita etiā vt in nō
certo tpe cōfidant. Hoc eniꝫ ideo ac
cidit vl' q2 tanꝙ bruta ſine cōſidera-
tione mortis viuunt aut vitā futurā
nō ſperant aut deū iudicē nō credunt
vl' peccata ſua grauia nō putant: vl'
ꝓpter ſpem miſericordie diuine pe-
nitere nō curant qđ tñ gentiles pluri
mi feciſſe legunt. vnde ſene. ad lucil.
epl'a. xxviij. Initiū inquit ſalutis eſt
noticia peccati. Nam q̄ peccare ſe ne
ſcit corrigi nō vult. ideo ꝙtuꝫ potes
teipm argue. ſcꝫ ꝑ penitentiā: q2 te-
ſte eodē ſene. in agamenōne. Quem
penitet peccaſſe pene innocēs eſt. vñ
li. de moribus. Alteri ſemꝑ ignoſci-
to tibiipſi nunꝙ: q2 ſcꝫ vnuſquiſq3 ꝓ
delicto ſemꝑ penitere habet. Ille au
tem penitet cui verecundia delicti a-
deſt. vnde ſocrates. Peccatum ge-
minat quod nō eſt pudibundū. ideo
ouidius in eplis. Erubui gremioq3
pudor deiecit ocellos. Hec ſacris in
tacita ſigna fatētis erant. ⁊. ij. de tri-
ſtibus. Heu mihi cur vidi cur noxia
lumina flexi. His verbis manifeſte
apparet gentiles ꝓ ſuis delictis pe-
nituiſſe. Perāplius ergo gens chri-
ſtiana ꝓ criminibus penitere tenetur
cum ſit ex gratia obligatior: in lege
celſior: in ſpe potior: in vocatiōe ſpe-
cialior. Aſſit igitur ꝓ ſceleribus pe-
nitentia vt ſine dilatione euaneſcant
vnde ſedulius lib. i. Culpa fugit ce-
dunt lachrymis delicta refuſis. ⁊ ꝓ-
ſper li. epigram. Conuerti namq3 ad
dominum certiſſima vita eſt. Et pa-
cem offenſi querere ſolo ſalus. Qui
terret parcit qui ꝑcutit ipſe medetur
ſcꝫ per penitentiam.

## Ca. xiiij. de liberalitate.

LIberalitas vēdicat a-
morem ⁊ homines ad
magnos ꝓmouet ho
nores. vnde liberalita
tem deſcribit didimuſ
ad alexan. Liberalitas eſt rei cōmu-
nicatio neſciens pati diſpendium cū
in alterꝝ participata tranſfundit. ⁊
ſicut ex vna face ſi lumina plurima
ſuccēdis nulluꝫ dāmnum ſequit: ſic
nec liberalitatis beneficiū incōmodū
affert. dicente boe. ij. de cōſola. Diui-
ne inquit magis effundēdo ꝙ coha-
ceruando nitent. tunc eniꝫ p̄cioſa eſt
pecunia cū tranſlata in alios largien
di vſu d̄ſinit poſſideri. Auaritia ſem
per odioſos claros largitas facit. vñ
caſſiodorus epl'a. iiij. Libenter inqt
omnibus prebeamus aſſenſum: quo

tiens iuſta eſt vox poſcentiū nec de-
cet eſſe difficile beneficium quod nō
patitur largitate detrimentū. Qui tñ
liberales putandi nō ſunt: quoꝝ lar-
gitas ⁊ vt melius dicam expenſa im-
moderata eſt ſub prodigalitate: aut
cum reciproca vtilitate. vnde ſeneca
li. pmo. de benefi. Commēdat bene-
ficium nō ex quātitate muneris ſed
ex voluntate beneficiū inquit eſt be
niuola actio: ſpōtanea atqꝫ gaudio-
ſa nec refert quid detur: ſꝫ qua men-
te. ⁊ ſubdit. Magis inquit nos obli
gat qui parua dedit magnifice ⁊ libē
ter ꝙ qui dando ſe accepturū puta
uit muneris ſui occaſione. vnde var-
ro ex ſententijs. Ex animo dantis cē
ſetur munus magnū. ⁊ in puer. ſapi-
entum dicitur: ꝙ bis datum eſt qđ
opus eſt: q2 ſcꝫ muneris circunſtan-
tia bona eſt: quando qui dat indigen
tiam reſpicit accipientis. His etenī
documētis clare apparet beneficia
eo fieri laudabiliora: quo fiunt diſcre
tius animoqꝫ meliori. vnde mathe9
in lib. de thobia. Affectus preit effe-
ctum: nō aſpice ꝗtum ſed fluat ex ꝗ
ta ſedulitate datū. ⁊ ſubdit. Verus
amicus dantis in affectu nō datione
patet. Da cito da gratis gratum ne
gratia fiat venalis: grato munere:
gratus eris: pdigus menſurā exce-
dit largus honori ſeruit fructificat p
cus auar9 eget: ⁊ ancilla dei ſimplex
elemoſyna mortis antidotum venie
porta ſalutis iter liberat a mortis la
queis elemoſyna ſordes abluit actō
ri dulce perorat opus vitam ppetu-
at venturum preſtat honorem. vnde
marcialis cocus grande ſui precium
muneris actor habet. Quas dederī
ſolas ſemper habebis opes. Erube
ſcant igitur auari ſua largiri timētes
Nam terrena poſſeſſio ſolum cōmo
data eſt quam diſtribuere recuſanti i
perante domino cuius eſt. Vult enī
deus vt pauper nō egeat hijs que in
tua poteſtate poſita ſunt. Verum di
ſtributio ſapienter ⁊ caute facienda
eſt. Nam iuſte ⁊ merito iuſto largiē-
da eſt facultas ſue neceſſitati ſuccur
rens. Itaqꝫ cōſiderare oportet pſo-
nam tp̄s facultatem obſequia impē-
ſa ⁊ huiuſmodi que liberalitatē con-
cernunt. tullius li. i. de offi. Liberali-
tas inquit ⁊ beneficentia nihil eſt na
ture hominis accōmodatius: ſed ha
bet multas cautiones. Videndū eſt
enim primum ne obſit benignitas et
iſſipſis quibus benigne videtur fieri
⁊ ceteris. Sunt enim multi equidē
cupidi ſplendoris et glorie qui alijs
eripiunt quod alijs largiant: ⁊ ſic a-
lijs nocent: vt in alios liberales exi-
ſtant. Nos autē ea liberalitate vta
mur que amicis pſit ⁊ nemini nocet.
Deinde attendamus ne maior ſit li-
beralitas ꝙ facultas. ⁊ tandem vt
pro dignitate cuiqꝫ tribuatur quod
eſt fundamētum iuſticie. nihil enim
liberale eſt quod nō eſt iuſtum. Dein
de ſpectandi ſunt mores eius in quē

beneficium confertur ⁊ animus eius
erga nos ⁊ communitas ac ſocietas
vite ⁊ ad noſtras vtilitates officia p̄
us collata. hec tullius. Commemo-
remus tamen temporis huius largi
tiones. Rapiunt enim principantes
a laborantibus vt diſtribuant pigri-
tantibus nec cernunt perſone quali-
tatem ſed propriam voluntatem ea
q̄ ſepius prebent que dare illicitum
eſt. nō tamen liberalitas eſt iniuſtū
munus cōferre. ſeneca libro de bene
ficijs. Nociua inquit nō dare impe-
trantibus ſed negare beneficium exi
ſtimamus. Nam turpiſſimi damni
genus eſt inconſulta dominatio: gra
uiuſq̄ eſt beneficium male dediſſe.
ideo catho. Cui des videto. ⁊ macro
bius in libro ſaturnalium. Benefi-
cium dando accepit qui digno dedit
Itaq̄ conſulte ⁊ prouide largienda
ſunt bona collata nobis. Nūc tamē
hoc contingere videmus q̄ ſolis di-
uitibus munera dantur: nec dant di-
uites egentibus: ſed egentes diuiti-
bus prebent. iuxta illud terentij in
phormione. Quam inique compara
tum eſt: vt hij qui minus habent ſem
per aliquid ditioribus addāt. ⁊ mar-
cialis cocus. Dant opes nullis nunc
niſi diuitibus.

Capitulum decimumquintū
de beneficijs cito et gratuite dan-
dis;

Beneficiū eo gratius
quo citius et ſine ſpe
mercedis tribuit. vn-
de ſeneca. ij. de benefi.
Ingratum eſt benefi-
cium quod diu inter manus dantis
heſit. Grauiſſimis inquit viris nulla
res carior conſtat q̄ que precib⁹ em
pta eſt. Moleſtū eſt verbum ⁊ one-
roſum demiſſo vultu dicere rogo. ita
q̄ maioris gratie munus eſt quo mi
nus diu pependit. Ab antigono enī
cynicus petijt talentū ⁊ reſpōdit an-
tigonus plus eſſe q̄ cynicus petere
deberet. Repulſus ergo petijt dena-
riū ⁊ reſpōdit antigonus: minus eē
q̄ regem deberet dare. Turpiſſima
certe hui⁹ cauillatio qua inuenit quō
neutrū daret in denario regē in talē-
to cynicū reſpexit cū poſſet denariū
tanq̄ cynico dare ⁊ talētū tanq̄ rex
nihil enim tam exiguū eſt qd nō hone
ſte regis humanitas tribuat. Ex qui
bus apparet q̄ vir liberalis dilatio-
nis occaſionē q̄rere nō dz ſed p̄sto id
cōicare qd decēs ꝯcernit. nec tñ dan
di tanta dz eē velocitas ⁊ incōſulta
fiat donatio ſz deliberatōe p̄habita.
Si munus h̄ exigat munus dandū
cito ⁊ hilariter dz impēdi. vñ ſene. li.
i. de bñfi. eos rep̄hendit q̄ difficulter
⁊ diſplicēter dant: aut q̄ fatigati di-
ſtribuunt: aut qui inconſulti impen-
dunt. vnde Antigonus inquit. Aut
donum diſtulit aut timide negauit:
aut ꝓmiſit ſz difficulter ⁊ ſupductis

ſupcilijs:aut ſupbia abiecit aut fati-gatus dedit. His enim modis mu-nera libere nō impēdunt:nec tñ de-liberatio re ꝓbanda eſt:qꝛ qui ſtulte aliquid pbet laudem nō meretur: et qui inuite prebet gratias habere nō debet. vnde varro in ſuis ſen. Ficte referat quis gratiā inuite dati quod vix datum eſt:ne putes beneficium: ſed predaꝫ ſemel dedit qui rogatus bis nō acquieuit:extorquere aūt eſt pluſqꝫ ſemel rogare. vnde eunodius Argumentū eſt nō merentis rogare diu. ꝛ in ꝓuer. ſapientuꝫ. Beneficiū vere bis dat qui celeriter dat. ꝛ catho Quod preſtare potes ne bis promi-ſeris vlli. Plurimo tñ nouimus qui-bus mos eſt plurima ꝓmittere ꝛ mo dica dare:ꝛ ſi quid dederint hoc dāt faſtidio:aut pre pudore aut ꝓ ſpera to ſeruitio vl' mercede:in quibus nul la liberalitas eſt: qꝛ nil dant ſponte abſqꝫ reciproco munere:ꝛ ſi quid de derint ad properant ꝛ homines pius ſeruo fieri ſuadent. Verūtamen teſte ſene. ij. de benefi. Taceat qui benefi-cium dedit narret qui accepit. ꝛ li. iij. Qui dat beneficia deū imitatur. qui aūt repetit fenerator eſt. ꝛ terentius in andria. Frequēs commemoratio beneficij exprobatio eius ē. vnde tul lius li. de amicitia. Meminiſſe inqͭt debet beneficiorum ipe in quem col-lata ſunt:nō cōmemorare autem qui contulit. ꝛ in prouer. ſapientum. Be neficium qui ſe dediſſe dicit petit. vñ ſtoici a collatore dixerunt beneficiuꝫ nō debere predicari: ꝓut narrat ſene ca li. vij. de beneficijs. ꝛ marcialis co cus. Que mihi preſtiteris in euum ſempqꝫ tenebo. ꝛ ſubdit. Crede mi-hi qꝫuis ingētia poſtume dones. Au-ctoris pereunt garrulitate ſui. Quot ſunt enim qui diſtribuere nil vellent: niſi famam vl' cōmoditatē exinde ſe habituros ſperarent. Jactantijs qꝫ tumeſcunt ꝛ in omni conuiuio que de-dere ꝛ que nō referunt:ꝛ ſi quid de-derint hoc ideo faciunt vt cultibus ꝛ reuerentijs venerentur. Horum eniꝫ munera beneficia nō ſunt:qꝛ nō alte ri ſed ſibi ꝓdeſſe querunt. Verumta men beneficiū gratuitum eſſe debet ꝛ ſine ſpe reciproce vtilitatꝫ. vnde ſe neca. ij. de benefi. Hec beneficij inter duos lex eſt. alter enim obliuiſci ſta-tim debet ꝛ alter memor eē accepti. ꝛ ſubdit. Detrahenda eſt inanis ia-ctatio:reſqꝫ loquātur nobis tacenti-bus. nam teſte varrone in ſuis ſentē-tijs. Turpiſſimum eſt in datis ſpera re. ꝛ in prouer. ſapientum dicitur qꝫ pulcherrimum eſt oia preſtare nihil exigēdo. Attēdere nihilominus hñt hñficia q̄ pbent nō ſolū vt cōmodū ex dato nō ſperent:ſꝫ etiā vt bonꝰ ſit ipe cui beneficium impēdunt:qꝛ teſte ſe-neca. v. de benef. Nullus malo bene ficium dare poteſt:qꝛ quicquid ad il lum peruenit prauo vſu corrumpit: ꝛ quicquid illi cōmiſeris id onus ſuū ꝛ miſeriam facit. Quecunqꝫ enim il-

lis cōtingunt in ſuam miſeriam ver
tunt. ideo tullius li .ij. de officijs. In
beneficijs inquit collaudandis mo-
res hominū nō fortunam ſequi hone
ſta ratio eſt. Attēdat ergo beneficij
collatoꝛ ꝑſone qualitatē; nullamqꝫ
exigat commoditatem.

Capitulum. xvi. de beneficijs co-
gnoſcendis.

SIcut illiberalis eſt qui
ſub ſpe mercedis mu-
nera pꝛebet: ſic ingra-
tus: nulloqꝫ beneficio
dignus eſt qui ſuſce-
ptum nō cognoſcit beneficiū. Plu
rimū enim ingratitudo munera da
ri ꝓhibet ⁊ hominum liberalitatem
executione carere iubet. vnde in pꝛo-
uer. ſapientum dicitur: ꝙ ingratus
vnus miſeris omnibus nocet. Reue-
ra beneficioꝝ memoꝛia fragilis eſt.
ſeneca ad lucillum. Nullū inquit ma-
ius malum habet cupiditas ꝙ ꝙ in
grata eſt ꝓpter obliuionē accepto-
rum. Uerum multi munera pꝛeben-
tes ingratos eos faciunt quibꝰ dant
eo ꝙ de ipſis diffidunt: ⁊ ſe perdidiſ
ſe quod dederūt dicunt. iuxta illud ſe
nece ꝑmo de benefi. Multos quidē
ingratos expimur ſed plures facimꝰ
Ipſe enim ꝑdit beneficia qui ſe perdi
diſſe cito credit. Nihilominus tñ tur
piſſimū eſt ingratitudinis vitium mē
temqꝫ moleſtat ingratā. iuxta illud
ſene. epl̃a. xvi. ad lucillū. Toꝛquet in
quit ſe ingratus ⁊ marcet. oditqꝫ ac-
cepit: qꝛ redditurus eſt beneficia fa-
ciem exterminat ⁊ iniurias dilatat ⁊
auget. Uerūtamen ſapiens benefici
um cōmendat. ⁊ qui gratus eſt aſſi-
dua cōmemoꝛatōe delectaṫ. qui etiā
beneficiū dedit ex ingratitudine pꝛu-
dens ſi fuerit nō anxiaṫ: ingratitudi-
nēqꝫ nulli imputat niſi foꝛtune ⁊ be-
nigne interpꝛetando ſuffert: nec mu-
tat animū ſuum aduerſus bene meri
tos. Sed ꝓ h dolor plurium ingra-
titudo hoc penetrauit excidiū: vt be
nefacere ꝓ primo videaṫ pluribus pe
riculū. Nam beneficia q̇ ſuſceperūt
frequēter ſolent eos fugere a q̇bus
ſuſceperunt pꝛe pudoꝛe quē gignit
ſuꝑbia ingratitudinis mater. Alij ve
ro ſuſcepto vno bñficio ad aliud mox
abſqꝫ ruboꝛe currunt: ⁊ beneficentiā
munificioꝝ in faſtidiū vertunt. Alij
vero beneficiū cū ſuſceperint ſuꝑbie
ꝯferentium aſcribūt: illoſqꝫ infamāt
a q̇bus acceperunt affirmantes ex mu
neribus nō niſi gloꝛiā querere ⁊ faſtū
Alij vero q̇ beneficia ſuſcipiunt indi-
gentie cōferentium attribuūt. Nam
penes ſe dicūt: ideo his dedit: qꝛ me
eget vł indigebit. Nouit enī aut ali-
quo ſibi ꝓficere poſſe aut mee fami-
lie ſperat obſequiū. Dicunt etiā plu
res beneficia cōferri laudis ſub pꝛe-
textu. Dicunt enī dona ipſis ideo fie-
ri: vt ſurripiatur vxoꝛ cū pulchꝛa ſit
vel vt filia rapiatur; aut vt ancilla ſe-

ducatur:famulus ſubſtrahat̃:vel vt familiaritate ſecretum aliquod eliciatur.His etenĩ modis plurimi beneficia que etiã gratis dantur in venenum ꝛ obprobriũ mutant.itaqꝫ munificentiã plurium retardãt.Rurſus alij dona cũ acceperint minime recognoſcunt:ſed quod mutuo ſuſceperunt ſibi dari cõtendunt reſtituereqꝫ recuſant.ideo ſeneca ꝑmo de beneſi. Docendi ſunt inquit qui libenter accipiunt libenter reddere ꝛ eos q̃bus obligati ſunt re animoqꝫ nõ tñ equare ſed etiã vincere.vnde eodem teſte ſene.iiij.de beneſi.Quidaꝫ inquit cũ aliquid ſuſceperint nihil ſe debere teſtantur.Alij vero mutuũ ſuſceptum mox remittunt ne videant̃ debitores fieri:ſed nimis cito ſoluere cupit inuitus debet:ꝛ qui inuitus debet ingratus eſt quod ita intelligas:qꝛ inuite debere ſepius quedam ſuperbia eſt. humilis aũt bonis obligari nõ debꝫ vereri.ꝛ quedaꝫ ingratitudo eſt mutuo aliquid capere abſqꝫ vſu illius: niſi cã non indigentie appareat qua comparãte mutuuꝫ fieri nõ debebat ſicut enim qui concedit vult ſibi mutuum reddi:ſic etiam ex vſu capto beniuolentiã ſperat.Ingratus eſt igit̃ qui nõ reddit quod accepit.Ingratus etiam qui mutuate rei vſum contemnit:vterqꝫ enim fraudat largitorem.vnde methodorus.Beneficia inquit creſcũt mora:ꝛ tanto plus ſoluendum eſt q̃to tardius.ꝛſubdit ad propoſituꝫ.Ingratus eſt inquit qui beneficiũ reddit abſqꝫ vſu.Naꝫ ſepe quod datur exiguũ eſt:quod aũt ſeq̃tur ex eo magnum.Pulcherrimum eſt tñ cũ feruore moderato data reddi:vt inquit varro in ſuis ſententijs. Sꝫ quomodo iſta ꝯuenire poſſunt vnus enim docet mutuate rei vſum capere aliud ſuadet cito reddere.Reuera vſum mutui ſpernere ingratitudo ꝛ ſuperbia ꝛ cito nõ reddere facultate habita etiam ingratitudo eſt.ille autẽ cito reddit qui vſu capto conuentionis tempore oportuno reſtituit.qui vero dedignat̃ vſum accipere cõuentioniſqꝫ tenere formam nõ dico ꝙ cito ſed nimis cito reddit.nam qui mutuat nõ ſolũ id ſperat qđ largitur ſibi reſtitui:ſed beniuolentiam fidẽ ꝛ amorem exinde captare licite intendit.Abſit tamẽ vt munus reciprocum expectet.abſit etiã qui recepit vt ſoluere contẽdat.Deis fortaſſis te accepiſſe quod reddere non potes:aut enim te poſſe dum accepiſti ſperaſti aut nõ:ſi hoc ſperaſti fortuna improuiſa eſt te nõ poſſe.Spera igitur ꝙ tue fortune miſerebit̃ ipſe a quo accepiſti.qui ſi recuſet fortunaꝫ patiẽter patere:cuius mos eſt inſtabileꝫ eſſe.Si vero te reddere nõ poſſe preſciuiſti:cur ergo accepiſti.nam fraudaſti tuum largitorem.vnde in ꝓuer.ſapientum dicitur ꝙ fraus eſt accipere quod non poſſis reddere.et ſubdit̃.Plurima beneficia accipit q̃

ſcit reddere. ideo catho. Beneficij accepti memor eſto. vnde refert ſeneca ꝙ rex archelaus frequenter ſocratem inuitauit vt euꝫ honorare poſſet ſed ſocrates rennuebat dicens ſe nolle ab eo beneficia accipere cui nō poſſet paria reddere. Dis ergo documētis colligit̄ ꝙ gratus eſt ⁊ qui beneficium reddit ⁊ qui ſuſcepti beneficij vſum nō reſpuit. Aliud tamē eſt beneficium petere: aliud eſt beneficiuꝫ datum capere. Non decet enīꝫ vt diues pauperi petat. Decens eſt tamē vt munus a paupere datum gratanter accipiatur. iuxta illud cathonis. Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus. Accipito placide plene ⁊ laudare memento.

Capitulum. xvij. de ſufficientia ⁊ paupertate.

Ditiſſimus eſt ſufficiēciaꝫ qui habet nec eſt indigentia: niſi ex immodeſto appetitu. nā ſtultum eſt appetere quod habere nō poſſis. ſi aūt habere potes tibi hoc poſſe ſufficiat. Nil enim aliud petunt hoīes etiam ſepius ambitioſi. Si enim ex inſufficientia aut moleſta paupertate bonum aliquod cōtingeret: tunc fortaſſis irreprehenſibiles eſſent hij qui diuitias iugiter deſiderant aut qui rerum modicitatem habent: ſed hec nō niſi anguſtiam prebent homoqꝫ contentus ꝑ ſufficientiā rebus ex modicis fit letior ⁊ hylarior diuitibus continuis deſiderijs vacātibus: quoruꝫ mens inquieta triſtis ⁊ ſollicita eſt. rebuſqꝫ ſuis pre cupiditate non audent: ſꝫ hijs aggregāt q̄bus poſtremo ſunt in deriſum. Contētare igit̄ exigua domo tua ⁊ ī pace viuas his vtendo q̄ tibi ſufficere debent. vñ q̄ntil. cā. xij. Dumilē inquit tuguriū cuꝫ ſufficientia regnum facit. ⁊ varro in ſuis ſentētijs. Non eſſemus paupes ſi neſciremus quid eſſet paupertas. Illi aūt quid ſit paupertas neſciunt qui ſuā modicitatē mediante ſufficiētia paptatem nō arbitrant̄: q: teſte valerio. iiij. ca. iiij. Omnia nimirū hꝫ bet qui nihil cōcupiſcit eo quidē certius quo cūcta poſſidet: q: dñium rerūꝫ collabi ſolet. bone mētis vſurpatio nullum triſtioris fortune recipit curſum. ⁊ ſeneca ep̄la. i. ad lucil. Nō puto pauperem cui q̄tulūcunqꝫ ſatis eſt. ⁊ idem ep̄la. ij. Pauper eſt nō qui paruꝫ habet ſed qui multū cupit. Quid enim refert q̄tum in horreis iaceat ⁊c. ⁊ ſubdit. Optimus inquit diuitiarum modus eſt habere quod neceſſe eſt: ⁊ proximus habere quod ſatis eſt. idem epiſtola. iiij. Magne inquit diuitie ſunt compoſita paupertas lege nature. Nam lex nature ſcit quo egeamus. Petit enim non eſurire: non ſitire: non algere: Sed non eſt neceſſe maria tranſire:

caſtra ſequi:aut ex forma pendere. ideo plautus in aulularia. Sibimet eſſe ſufficientē pmum bonū eſt. Poſco enim vt attēdamus veterum ſufficientiā paupertatemq̃ placitam Nam de diogene refert ſeneca ꝙ potentior erat alexandro oīa poſſidente q̄ plus erat ꝙ iſte nollet accipere ꝙ̄ qđ ille poſſet dare. De iſto diogene valer. iiij. c. iij. narrat ꝙ alexāder qui cognomen inuicti aſſecutus eſt continentiā diogenis cynici vincere nō potuit. ⁊ ibidem refert ꝙ cum ſiracuſis diogenes olera lauaret ariſtipp⁹ ei dixit. Si inquit dionyſium adulare velles nō iſta eſſes: cui diogenes. Et ſi ita velles eſſe dionyſiū nō adulares. vnde hieronymus cōtra iouinianum de diogenē refert ꝙ duplici pallio vſus fuit ꝓpter frigus peram pro cellario habuit: ⁊ clauā ob fragilitatem ⁊ ſenectutē ad membra ſuſtētanda ferebat in dolio volubili ſe habere domū locabat ⁊ in veſtibulis portarū morabatur. tēporeq̃ frigoris os dolij vertebat in meridiem. et iuxta motū ſolis voluebat. ⁊ cū quēdam puerum manu bibentem vidiſſet. tunc vaſculum ſuū ad terram ꝓiecit dicens. Neſciebā inquit ꝙ natura poculum haberet. Ecce quāta ſufficientia ⁊ ꝙ̄ leta paupertas. vnđ tullius in libro de amicitia. Honeſta inquit res ē leta paupertas. Illa vero nō eſt paupertas ſi leta nō eſt: ſed miſeria. Si enim alicui ſua nō videntur ampliſſima: licȝ etiam totius mundi dominus ſit: tamē miſer eſt. ⁊ ideo tullius in paradoxis. Contētum eſſe rebus ſuis optime certiſſimeq̃ ſunt diuitie. Queſo enim vt ad naturam viuas nunꝙ̄ porro pauper eris: ſed ad opinionē ſi vixeris nunꝙ̄ eris diues. Nam exiguum deſiderat natura opinio immēſum multiſq̃ paraſſe diuitias miſeria fuit. Reuera penes me cōſimiles ſententias ſepe reuoluēs didici ꝙ tanto quis eſt infelicior pauperior ⁊ miſerior: quāto de operibus ꝯtinendis curioſior. Quoſdam etenim noui quorum totū ſtudium ditari fuit: nō quidem per inſufficientiam ſed per abundātiam. quib⁹ etiam cura nō fuit quo pacto vł qua fraude facultatem ſibi aggregarent eorūq̃ ſomnia de ſolis nūmis erant turpiq̃ conqueſtu etiam notorio repleri nō erubeſcant: qui tamē in plenitudine deſideriorum ſuorū deceſſerunt: ⁊ ad mortem dum agonizarēt ſollicitudo eorum tota de ſuis facultatibus erat: ⁊ ex fraudis timore lectum fieri petebāt in loco plenitudinis bonorum ſuorū: pluribuſq̃ monentibus de ſalute vt cogitarent audire cōtemnebant. itaq̃ in ſuis infeliciſſimis deſiderijs vitam vt de⁹ ſcit terminabāt: vtinā feliciter. O mala cupiditas: o deſideriū inſatiabile cur hominem ita inuoluis. Non poteſt enim corpus: niſi veſtes modicas ferre: pauciſq̃ cibis paſcitur venter.

Abſcedat ergo infeſta cupiditas et
leta pauptate vitā manuducamus.
dicente catho. Infantē nudū cum te
natura creauit. Paupertatis onus pa
tienter ferre memēto. Quod nimiuꝫ
eſt fugito paruo gaudere memento.
Commoda nature nullo tibi tpe de
erunt. Si contentus eo fueris quod
poſtulat vſus. ⁊ gaufre. in poe. liber
is eſt. Vitijs qui nō inſeruit abūdanſ
cui ſatis eſt quod habet. ſatis illum
cōſtat habere. pauper autem eſt qui
plus cupit. vnde galte. li. iiij. in alexā
dri. Animū nullius egentē nō res ef
ficiunt ſꝫ ſufficientia ꝙuis ſit modi
cum ſi ſufficiat nullius egebit. ⁊ ma
theus de thobia. Non rex cumulus
ſed ſufficiētia ditat. Si tibi ſufficiāt
paucula diues eris.

Ca. xviij. de auaritia vitanda.

Auaritia abiſſo compa
ratur inſatiabilis. ſicut
aūt aquas ſine fine de
glutit: ſic auaro nihil
ſufficit. nam teſte ſalu
ſtio in cati. Auaritia fidem ⁊ ꝓbita
tem ceteraſq; bonas artes ſubuertit
⁊ ꝓ hijs ſupbiam crudelitatē deum
negligere: oīaq; venalia habere do
cuit: auaritia pecunie ſtudiuꝫ hꝫ quā
nemo ſapiens cupiuit. hec virilē effe
minat inſatiabilis eſt nec copia vl' in
opia minuit'. vn̄ ſene. de clamatiōib⁹
li. iij. Muliebrū viroꝝ fundamentū
eſt auaritia. ⁊ idem ſene. ad luci. epl'a
lxxiij. Stulta inquit auaritia morta
lium ꝓprietatē diſcernit: nec quicꝙ
ſuū eſſe credit: qꝛ ſemꝑ diffidit. Quā
obrem quintil. li. viij. Eque deeſt a
uaro quod hꝫ: ſicut qđ nō habet: qꝛ
teſte boe. ij. de ꝯſo. Auaritie nihil eſt
ſatis. vnde tul. li. ij. de offi. Nulluꝫ vi
tium deterius eſt auaritia. ⁊ li. de ſe
nectute. Quid inquit auaritia ſenilis
ſibi velit nō intelligo. quid enī abſur
dius eſſe pōt ꝙ quo minus reſtet vie
eo plus viatici querere. quod faciūt
aliqui ſenes qui ꝙto ſunt ſenio: es ꝙ
to minus ſunt victuri tanto fiunt cu
pidiores. Ceſſet igitur ceſſet auari
tia in aīo tuo: qꝛ teſte tulli. rheto. ij.
Auaritia oēm hoīeꝫ ad quoduis ma
leficium impellit. vn̄ vale. li. ix. ca. iiij.
Auaricia inquit eſt latentiū indaga
trix lucroꝝ manifeſte prede auidiſſi
ma vorago: neq; habēdi fructu felix
⁊ cupiditate querendi miſeriam. hec
enim plurimos occidi ſuaſit: ⁊ ad de
ſperationem plurimos induxit. vnde
refert ꝙ cū ſeptimulus ꝓpter multi
tudinem auri ⁊ argenti in mari ſe pe
riturū videret: maluit mergi ꝙ ſuas
opes in mare proijci. Hic enim diui
tias nō poſſedit. ſed ab eis poſſeſſus
eſt. titulo rex inſule aīo pecunie miſe
rabile mancipiū. Auarus naq; plus
ꝙ in deo in ſuis opibus confidit: nul
liq; proficere curat ex his que habet
pauperes odit ⁊ diuitibus etiam nō
amicatur. vnde in puer. ſapientum.

Auarus niſi cum moritur nihil recte facit nec pōt auaro fere peius optari ꝙ vt diu viuat. Nulli eniꝫ auarus bonus eſt; ſed inopi peſſimus: negādi cauſa nunꝙ auaro deficit. ſapienti tamen congruit pecunie imperare nō ſeruire. naꝫ pecunia nō ſatiat ſꝫ irritat. vnde horatius in pmo epiſtolarum epl̄a. ij. Semp auarus eget certum voto pete finem. ob hoc verſificator. Cur homo qui cinis es p auarttiam ſepelis es. Cur heres aeris qui nō eris heres. Quādo ſepultus eris poſſeſſor nō eris aeris. Dici ſepe putes tu q̄ ſub marmore putes. Nō hodie quod heri nouus heres imperat aeri. Sed ad hoc hoīes nō attendunt nec cōſiderant diem extremuꝫ in quo oīa deſerent. vnde galterus viij. in alexan. Quid tibi diuicijs opꝰ eſt. ⁊ ſubdit. Quāto tibi plura paraſti tanto plura petis ⁊ habendis acrius ardes. ⁊ ouidius. i. methamor. Effodiuntur opes irritamenta maloꝝ Iamꝙ nocens ferrū. ferroꝙ nocentius aurū. ⁊ li. iij. Inopem me copia fecit. ⁊ libro. ij. Auarus vix opes ipſe ſuas aīo capit. ⁊ maximianus. Partis pena eſt incūbere rebus quas cū poſſideas eſt violare nefas. efficior cuſtos rerum magis ipſe mearꝫ: conſeruans alijs que periere mihi. ⁊ ſemper retinēs nil timuiſſe puto. auri cecus amor natiuum vincit amorem. ⁊ ouidius ſecundo ſine titulo. Querit auarus opes ⁊ qui laſſauit eundo equora periuro naufragus ore bibit: qꝛ ſcilicet mare ſepius abſorbet ꝙ auari magnis laboribus coaceruant. Mīj etenim bona quedam tanta auiditate quandoꝙ tam diu cuſtodiunt qō perduntur conſummuntur: aut ſaltem deteriorantur: pauperibuſꝙ dare nolunt ea quibus vti nō poſſunt. de quibus iuuenalis li. v. ſatyra. ij. dicit. Diuites bona plurima cuſtodire qui pretermittunt pauperibus erogare. ideo ſic ait. Sed quo diuitias hec per tormenta coactas. Cum furor haud dubius cuꝫ ſit manifeſta freneſis: vt locuples moriarꝫ egenti viuere fato. Interea pleno cū turget ſacculꝰ ore. Creſcit amor nūmi ꝙtum ipa pecunia creſcit. Et minus hanc optat qui nō habet. Tantis parata malis cura maiore metuꝙ ſeruantur. Miſera eſt magni cuſtodia cenſus. tullius rhetorica pma Cupiditas eſt genus omniū libidinum. ⁊ in prouer. ſapientum. Cupiditates fugere regnū eſt vincere. valerius. vij. Inutiliter aliquid cupere ⁊ in eo pſeueranter morari: hec dulcedo vicina eſt exitio. ideo ſeneca ad lucillum epiſtola. xxviij. Nemo inq̄t noſtrum idem eſt quod fuit pridie. Nam quicquid vides currit cū tempore nihilꝙ ſtabile vel ſolidum eſt: et nos tamē ea cupimus tanꝙ ſint ſemper pſpera nobis: aut tanꝙ ſimus ea ſemper habituri. Reuera hac auaritie conditio eſt in egeſtaſte cupere:

τ bonis aduenientibus peramplius deſiderare. tullius. li. de paradox. paradoxo p̄mo. neq̃ expletur vnq̄ neq̄ ſatiatur cupiditatis ſitis: nec ſolū agendi ea que habent libidine cruciantur homines ſed etiam amittendi metu. vnde didimus ad alexandrum Eſt inquit ferociſſima peſtis cupiditas que ſolet homines egenos quoſ capit efficere. Omnis enim cupidus egenus eſt: qꝛ τ ſi bona habet ipſis nō audet vti. vnde refert elinandus q̄ in obſidione hannibalis trecenti p̄neſtini recluſi fuerunt: victualibuſq̃ carebant: cumq̃ tamen inter eos auarus quidam murē accepiſſet maluit alteri cuidam p̄ ducentis denarijs vendere q̄ ſue fami p̄uidere. ita q̃ ipe auarus cū ducentis denarijs fame mortuus eſt: ſed emptor dei p̄uidentia viuit. Ecce q̄ta cupiditas que hominem ita detinuit vt potius ſeruiret cupiditati q̄ proprie ſaluti. vnde lucanus. li. iij. Ferum mortēq̃ timere auri neſcit amor. τ virgilius iij. eneides. Quid nō mortalia pectora cogiſ auri ſacra fames. ideo catho. Dilige denariū ſed parce dilige formam. Illi enim parce denariorū formam diligunt qui pro ſola neceſſitate querunt. Sed formam illi deſiderant qui denarios vendicant nō pro neceſſitate ſed p̄ ſuperflua auiditate, quod faciunt diuites. iuxta illud petronij. Hoc magis ſitiens erit oīa cernens. Qui tenet τ ſicco decoquit ore famē. τ marcialis cocus. Fortuna multis dat nimis nulli vero ſatis ſignanter auaris. proſper in epigrā. Nec pax ſollicitis: nec modus eſt cupidis. τ magiſter ſeilo. Non bene dignus equo cui carior ē equus equo: quod tū accidit auaris qui res vltra equum id eſt iuſtum diligunt.

## Ca. xix. de rapina τ fraude.

Raptor nil licite ſuo raptu cōqueſtat. Quicquid enī pretextu fraudis acquirit male poſſidetur. tul. iij. de offi. Detrahere aliquid alteri τ hoīem hominis incōmodo ſuū cōmodū augere magis eſt cōtra naturam q̄ mors q̄ paupertas q̄ dolor q̄ cetera que poſſunt aut corpi accidere aut rebuſ externis. τ philippica. ij. Male inq̄t parta male dilabunt. Nempe difficile eſt vt quis ex rapina p̄ſperet. ſi quis enī ſuis diebus gaudere videat his q̄ rapuit: eius tū p̄ſperitas aut nō erit diuturna: aut in ſucceſſoribuſ nō durabit. iuxta illud ſene. ad lucil. Nulli inquit cui rapina feliciter ceſſit gaudium rapti durat inpoſteris. Nec mirum qꝛ nullum violentū perpetuum. Rurſuſq̃ mirum apparet: atq̃ diſplicibile nimis eos videre maiores raptores. Quibus bonorum plenitudo maior collata eſt. et qui poſſeſſionibus amplioribus

feruntur: rapere pauperibus ſollici-
tantur. quinĩo ꝛ raptores a rapto
ribus rapiunt. vnde plautus in aulu
la. Sepe condita lupoꝝ fiũt rapine
vulpium. itaqꝫ vulpes q̃nqꝫ lupis ra
piunt ea que lupi rapuerunt. hoc enĩ
merito cõtingit vt arte praua artifex
pereat ſua. deforme eſt tñ virtus glo
riam magnitudine prede minuere.
Sed ꝓh dolor diebus iſtis rapere
multis nõ apparet pudibundũ: q̃m
magni latrones latronũ ſunt iudices
eoſqꝫ nõ caſtigant quoꝝ preda affer
tur eis: ſed ſoluꝫ illos ꝛ iudicant ꝛ ri
gore ſe ſentẽtiant quoruꝫ rapine eis
nõ ſuffragant. Quod enĩ regibus ꝛ
ꝑncipibus ſeruiũt raptores qui pau
perum bona nunc ꝓpria auctoritate
nunc ſtolida temeritate tollũt. q̃nqꝫ
etenim debita negant ꝛ negare ſi ne
queant: ad ſatiſfactionẽ cogi nõ for-
midant: q2 fauorem iudicũ ſentiunt:
minas inferũt ꝛ verbera ſepe: omniſ
qꝫ extorſionis vias excogitãt: ꝛ hoc
fortaſſis q2 ſuos dños paria vel maio
ra facere vident. vnde illud ouidij. i.
methamor. Accidiſſe videt viuit ex
rapto nõ hoſpes ab hoſpite tutus. ꝛ
idem ouidius li. i. ſine titulo. Fit cito
ꝑ multas ꝑda petita manus. Utinã
qui rapiunt illud attenderent qđ ara
tor li. i. Auri ceſſet amor qui pectora
ſemꝑ adurit. Quo rapitur mortale
genus quo pullulat omne. De radi-
ce malum cum vis violentius ardet
Ambitio creſcit: ſtimulãtqꝫ rapinis
addita lucra fameꝫ. O igitur rapto
res attendite ſeculi diuitias tranſito
rias fore. Cur ergo in perditione ani
marum rapitis. Quid enim prodeſt
habere quod alterius eſt: perpetuo
obligari aut reſtituere: als enim mor
te mala moritur raptor. Uerum cu-
piditas mundi homines fere ſingu-
los predomat. ſuperbia quoqꝫ ad ra
pinam plures inducit: q2 plurimi ex
faſtu aſſueto ſtatum queꝫ nequeunt
tenere cupientes cum ex ſe nõ habe-
ant alijs rapiunt ꝛ malunt ex raptu
pompã oñdere ꝙ in ſimplicitate abſ
qꝫ fraude manere. ſeneca ad luciluꝫ
epiſtola. v. Magnus eſt ille inquit
qui fictilibus ſic vtitur quomodo ar-
gento. Illos tamen nõ reprobo in q̃-
bus honeſtas maior ꝙ ex fictilibus
apparet: ſi condecens facultas pſtet
ꝛ ideo ſubdit ibidem ſeneca. Nec ille
quideꝫ minor qui ſic argento ſicut fi
ctilibus vtitur infirmi animi eſt diui-
tias nõ poſſe pati. Lamentanduꝫ tñ
pompas nimias adinuẽtas fore. qui
bus rapine occaſio datur eo ꝙ infe-
licem ſe putat: qui ſtatibus vitiorum
nõ equat. ſed teſte ouidio primo de
remedijs. Decipimur cultu gemmis
auroqꝫ teguntur omnia. ꝛ marcialis
cocus. Non niſi delicijs cõuenit hic
habitus. Hec enim verba de veſti-
bus preſentis ſeculi merito intelligi
poſſunt: in quibus non niſi vanitas
ꝛ curioſitas eſt. Pro qua curioſita-
te imitanda raptores fuerunt pluri-

mi vanitate ſeducti. Si enim regi-
bus ſufficeret honeſtas abſqꝫ pom-
poſitate: tunc nō exigerent a populo
queſtus eorum. Etenim exactiones
eorum rapine ſunt: qꝛ hoc ſolum pe-
tere habent quod licita iura ꝯcedunt
aut quod neceſſitati eorūqꝫ honeſta
ti congruit curioſitate ſublata. Cō-
memoremus enim antiqua quedam
tpa. deteſtanda tamē que rediiſſe vi
dentur. Narrat enim valerius li. ix. c.
ii. ꝙ anthiocus rex ſyrie deduct⁹ ſu-
perbia clauos aureos in equis vaſa-
qꝫ argentea ad vſum culine compa-
rauit innumerabilibuſqꝫ pompis ſu
um apparatū figmentauit. auaro po
tius hoſti preda optabilis ꝙ vlla ad
vincendū ſtrennuo mora. Rurſus pli
nius li. xxxiii. de hyſtoria naturali re-
fert de pompeia cōiuge neronis que
ſolcas ex auro ſuiſqꝫ iumentis ferra-
menta fieri iubebat ⁊ quarrucas ex
argento aliaqꝫ plurima vana potius
ꝙ ſana ⁊ que abſqꝫ rapina rariſſime
fiunt. Nunquid principi ſufficere ha
bet vt honeſte ⁊ granditer viuat fa-
miliares quoqꝫ proſperos habeat.
Nunquid diſſolutio corporis eſſet:
ſi caput aliis membris victuz aufer-
ret. Mox enim illa membra morti-
ficarentur que alimento carerent: ſic
⁊ in policia mors eſt: quando princi-
pum rapina ſubditos in pace viue-
ret nō permittit. Non ſic etenim di-
dimus fecit licet bragmanorum rex
eſſet. Nempe domorum curioſitatē
nō requirebat: ſed ſpeluncis ⁊ cauer-
nis contentabat. vnde ipſe didimus
ad alexandrū. In cōſtruendis inquit
domibus igne ſaxa nō voluimus nec
admixtione pulueris cementa cōpo
nimus: ſed in telluris ſpeluncis mon-
tiumqꝫ latebris habitamus. nullos
ibi ventorum fremitus: nullius tur-
binis tempeſtatē formidamus. Nā
tutius nos defendit ab ymbre ſpelū
ca ꝙ tegula: cuius geminus nobis
eſt vſus manſione dum viuimus et
ſepulture dum morimur. Si enim ſi
milibus principes cōtenti eſſent ra-
pine ſtudia nō quererent: ſed pompa
rum faſtigium prorſus relinquerent:
diebuſqꝫ ſuis nō permitterent. Naz
diebus iſtis omnibus ſcorta placēt:
⁊ laxi crines: habꝫ innumerabilia no
mina noua veſtis: vt inquit petro.
Verūtamē dicimus vbi ſupra. Nul
lus inquit nobis precioſus eſt ami-
ctus: femineqꝫ noſtre non ornant: vt
placeant: ſed velant pudore: nec ſci-
unt in augenda pulchritudine plus
affectare ꝙ nate ſunt. Nam quis po
teſt opus nature corrigere qđ cū fue
rit aut infructuoſum eſt aut crimino
ſum. Sed diebus iſtis viri precipue
femine veſtimentorū nouitatez exco
gitant ⁊ ornatuum ꝓ magnitudine
atqꝫ ſumptuoſitate rapinoſe fiunt:
aut enormibus delictis ſe exponunt
⁊ ſcelerum ſuoruz ex pretextu pom-
pas manutenent. quicquid tamē ma
li occaſione accipiunt ⁊ ſi nō raptuz

ſaltem indebite vẽdicatum eſt. Me
rito igitur ſapiẽtes veteres tales fa-
ſtus ꝓhibuerunt. vnde ſimachus in
epiſtolis. Odi in paruo corpore lon
ga velamina. Illa enim veſtis decen
ter induitur que nõ trahit puluerem
nec in humũ demiſſa calcatur. vnde
valerius li. ii. ca. i. Sed quid ego de
feminis vlterius loquor quas ⁊ im-
becillitas mentis ⁊ grauiorũ operuꝫ
negata affectatio omne ſtudium ad
curioſiorem ſui cultũ hortatur cõfer
re cum tẽporum ſuperiorꝫ ⁊ nominis
⁊ animi excellentes viros in hoc pri-
ſce cõtinentie ignotum diuerticulum
ꝓlopſos videamꝰ. idq3 iurgio ipſorũ
pateatur. Hec aũt omnia ideo pñſen-
tibus inſerui: qꝛ pomparum curioſi-
tas plurimos plurimaſq3 facit ra-
paces.

Capitulum. xx. de fortuna ⁊ eius
inſtabilitate.

Fortuna inſtabilis eſt
ideo ſtultus eſt qui in
ea cõfidit: quia ſi ele-
phas arborẽ fraudat
in caſu frequẽtius ſo-
lent fortune amatores in ea decipi.
vnde in ꝓuer. ſapientum dicit ꝙ for
tuna vitrea eſt: ⁊ cũ ſplendet frangit
Male igit gerit q̃cq̃d fortune fide
ꝯfidit. ſtulti ergo diuites ⁊ auari ſũt
qui ſpem ſuã cõmiſerũt fortune. nam
teſte ſene. epl'a. viii. ad lucil. Non eſt
tuum quod fortuna fecit tuũ: quaſi
dicat ꝙ oĩa fortune munera dubia
ſunt. ⁊ tul. in rheto. ii. Sola inquit vir
tus in ſua ptãte eſt. oĩa preter eã for
tune ſubſunt dominatiõi. Errant igi
tera nuncupari. Uiri quoqꝫ iugiter adulterari minime timent. Refert tamen valeri. li. vi. ca. v. vt ſupra narratum eſtꝙ filius ſalenci ꝓpter adulterium vtroqꝫ oculo priuari condemnatus fuit. Itaqꝫ adulteria olim ſic impunita ſicut nunc nō ꝑmittebātur Nam teſte terentio in andria. Ingenium hoīum procliue eſt ad libidinem. ouidius de ponto. Ueneris dānoſa libido non ſolet in meſtos ſepe venire thoros: ſed potius quieta cōiugia rumpit. Ideo cōſulit tibullus li. iij. Ne vos decipiāt pendentia brachia collo: nec capiat blāda ſordida lingua prece. Nempe eloquia ficta que blanda videntur vtriuſqꝫ ſexus homines ſepe decipiunt. ornatibus quoqꝫ atqꝫ muneribus alliciunt. iuxta illud ouidij ꝑmo de remedijs. Decipiunt cultu auro gemmiſqꝫ teguntur. Omnia pars minima eſt ipſa puella ſui: qꝛ ſcꝫ puelle plurime plus ferunt in ornatu ꝙ in proprio corpore toto. ſuis ergo apparatibus ducuntur homines ad viaꝫ perditionis. ibiqꝫ felicitatē querunt vbi nō niſi feditas ꝛ corruptio eſt. Attendat igitur ſapiens quibus cōiungitur ꝯſortijs. Nam vt qui tangit picem inquinabitur ab ea: ſic vir inſertus feminarum cōuiuijs de difficili continens eſt. vn̄ ouidius. ij. de remedijs. Nō facile eſt taurum viſa retinere iuuenca. Ut pene extinctū cinerem ſi ſulphure tangas. Uiuit et ex modico maximus ignis erit. Itaqꝫ modica occaſione libido totuꝫ hominē vrit. Sed quid ſapiens facturus erit vt caſte viuat. Ibi namqꝫ expedit vt feminarum viſum ꝛ tactum fugiat: ſobrie viuat: vitaqꝫ voluptuoſa nō viuat. Nam teſte ouidio vbi ſupra. Diuitijs alitur luxurioſus amor. Non habet vn̄ ſuū paupertas paſcat amorem. ꝛ ſubdit ad ꝓpoſitum. Uina parāt animo veneri ſi plurima ſumas. ideo catho. Cum te detineat veneris damnoſa voluptas. Indulgere gule noli que ventris amica eſt. Nempe ſi ſobrie vixeris: faciliter caſtus eris. Si aūt per caſtrimargiam caſtitatem neglexeris ad omnium vitiorum ꝓcipitationem faciliter declinabis.

## Capitulum viceſimūſeptimum de inuidia.

Inter vitia minus excuſabile eſt īuidia. occaſione enim nō ſolū vera: ſed etiam apparente caret. Quid. n. tibi ſi bene proximo fuerit: aut cur inde anxiaris. Si aūt quis lugeat quale tibi inde gaudium aſſurgit. Dices enim quod te offendit: ſed tunc nō inuidia: ſed ira ꝛ vindicta tuum odiuꝫ eſt. Rurſus dices bonū alienum tibi obeſſe aut malefactuꝫ ꝓdeſſe: eo ꝙ proſperitas ꝓximo collata tui eſſet: ſi nō foret ipſe aut ſi caſu vł obitu de

cederet:ſed tunc peccatum tuuꝫ non ꝓprie inuidia:ſꝫ potius ambitio vel auaritia eſt. Tunc aūt inuides quando ex propria malicia alterius bonum videre nequis:aut malū cernere letaris. Si enī exinde nec bonum decreſcat nec malū contingat inexcuſabilis vtiqꝫ malicia tua eſt. Unde inuidus quaſi nō videns dictus eſt:qꝛ ꝙ inuidet alterius ꝓſperitatem libēter nō videt. de ꝯſimili vitio loquitur ouidius de ponto. Ledere viuos liuor ⁊ iniuſto carpere dente ſolet: qꝛ ſcꝫ inuidi iuſtis ſemꝑ inuident:quoꝝ malicia liuor merito nuncupatᷣ. claudianus in maior. Rabiē liuoris acerbi nulla quies placare pōt. horatius in epłis. Inuidus alterius rebꝰ marceſcit opimis inuidia ſeculi non inuenere tyranni maius tormentuꝫ. marcialis cocus. Rumpatᷣ quiſquis rumpitur inuidia. Nullū enim maius flagellum mentis ꝙ̄ ſit inuidia:corpus naqꝫ deſiccat faciē pallidat ſuſpiria gemebunda infert cor triſte facit dētium rugitus cōcitat detrahere petit ignominiā alterius, libenter enarrat ſed honorem ꝓferre rēnuit querit inuidia non quid aut quō dicat penes ſe murmurat ſeipm̄ affligit nec deforis venit;ſed ex interiori malicia manat. Hoc eniꝫ viciū demones habēt humane inuidētes ꝓli; quoꝝ filij ꝑditiōis ſunt hoīes inuidi alterius bonum ꝓferri dolentes quibus mors eſt omne quod ꝓximorū eſt appetere etiam ſi melius poſſideant. Dicūt enim illud ouidij ꝑmo de arte. Felicior ſeges eſt alienis ſꝑ in agris. vicinumqꝫ pecus grandius vber habet; O impia turpis nequiſſimaqꝫ īuidia quot viros perdidiſti:quot degradaſti bonos ⁊ prudentes. cetera eniꝫ vitia occaſionem licet nō ſufficientem aliquatenus tm̄ apparenteꝫ exhiberi poſſunt:ſꝫ tu inuidia tue malicie cāꝫ ignoras. Eſt eniꝫ quis ſuꝑbus qꝛ diues:quis iracūdus:qꝛ leſus. quis guloſus:qꝛ edacibus iunctꝰ:quis lubricus qꝛ mulier infeſtat:quis piger :qꝛ pinguis aut ſenex:quis auarꝰ:qꝛ deficere timet. Sed nō apparet cur inuidus quis exiſtat niſi ex ꝓpria malicia qua quis ſeipm̄ ꝓuocat:⁊ de bono alieno doloreꝫ ſibi aggregat. vn̄ in ꝓuer. ſapientū dicitᷣ. Inuidia eſt animi dolor ex alienis cōmodis. Nulli enī inuidet vir bonus ⁊ prudens. ⁊ ſubditᷣ. Scias enim multis abundare virtutibus in ſe qui alienas amat. tullius in oratione ꝓ cornelio balbo Eſt hec ſeculi malicia quedam atqꝫ labes virtuti velle inuidere:ipſumqꝫ florem dignitatis infringere. Erubeſcant igitur inuidi q̄ ſui criminis occaſionē neſciunt. dicente tul. in tuſculanis queſtionibꝰ li. iiij. Inuidētia eſt egritudo ſuſcepta ꝓpter alterius res ꝓſperas cū nihil noceant inuidenti. ideo ſocrates ait. Malū alienū tuū ne feceris gaudiū. Nempe magnis triſtitijs affligitur qui ſemper dolet;

Ubi proximus proſperatur. Nam alterius moleſtia ex compaſſione quadam naturali animū moleſtat etiam inuidi recuſantis: ſaltem ad tempus ꝙ ꝙ nō perpendat: niſi cum totus in magnis fuerit. ⁊ ſi rurſus ꝺ bono alterius doleat in quo igr̄ gaudebit. Hec enim miſeria inuidorū eſt qꝺ ſeipſos affligunt nō ſolum aduerſitatis occaſione quod faciunt irati: ſed etiā ꝓpria malicia ⁊ imaginatione. Quid enim obfuiſſet fabio ſi regi anthioco naues elargitus fuiſſet quas ſecauit ⁊ interitui dedit. Narrat enī valeri⁹ li. vij. ꝙ cum fabius regem anthiocū ſuperaſſet: dimidiamqꝫ partē ſuarū nauium ex pacto recipere deberet: tunc fabius naues ſingulas ꝑ medium iuſſit diuidi: vt regem anthiocuꝫ claſſibus priuaret. ſed quid ſibi profuit. Nunqd melius ei fuiſſet ex quo victor erat ſi pactuꝫ ꝓſpere tenuiſſet Hoc tñ fieri inuidia nō permiſit que nullius bonum permitere pōt. Heu noui quoniā inuidia fera peſſima eſt ſuoqꝫ veneno eo citius inficit ⁊ pungit quo aliquem meliorē ⁊ virtuoſiorem ſentit. quoniā teſte tullio in rhetorica ſcđa. Uirtutis comes eſt inuidia. Africano ſiquidem dedit induſtria virtutem virtus gloriā ⁊ gloria emulos cōparauit. ſaluſti⁹ in iugurthino. Poſt gloriam memineris inuidiam ſequi. Itaqꝫ inter mortales difficilimum gloriam inuidiam vincere. Nam dyabolus illius ſatur eſt. Conſideret igitur prudens ꝙ graue peccatum ſit inuidia que ſponte ⁊ ex propria malicia in animo concipitur vnde tullius in philippica. ij. Hec inquit grauiora ſunt mala que animo concipiuntur ꝙ que corpore feruntur. Miſerior igitur eſt qui in ſe ſuſcipit ſcelus ꝙ qui alterius facinus ſuſcipere cogitur.

¶ Finit liber ſextus.

¶ Incipit liber ſeptimus qui eſt de morte ⁊ de conſideratione eius. Et primo premittitur prologus in eum.

Status omnis humanus ruinoſus eſt: nulloqꝫ iure ſtat⁹ debet vocari: niſi rebus decliuioribus comparetur. Omnes enim diuites ⁊ potētes olim qui floruerūt: modico terre angulo concluſi ſunt. Itaqꝫ mors cunctis pompis honoribus terminū impoſuit. quamobrem huic. vij. li. prologum de morte premitto. Arbitror enī mortem fore ſpeculū quorūlibet ſtatuum mūdi. nā qui ſe moriturum conſiderat ſi celſus eſt minime gloriatur: cernens ſuo principatui ignotum finem preberi. Si pauper quis

eſt tolerantie remedium mors ipſa p̄ſtat: eo ꝙ facilius dolorem animus gerit quem nouit breui curſu cõſummari. Fiet igit᷑ ꝓceſſus: vt in p̄cedentibus per probleumata.

Caplm̄ primū de miſeria ⁊ breuitate huius vite.

Vite huius breuis curſus anxietatibus fatigatur. itaꝗ vita preſens nihil aliud videt᷑ niſi miſeria breuis. vñ iob. Homo natus de muliere breui viuens tp̄e repletur multis miſerijs. ⁊ ex ꝓuerbijs ſapientum colligitur ꝙ homo vite cõmodatus eſt nõ donatus. Lex enim vniuerſalis eſt que iubet ⁊ naſci ⁊ mori. itaꝗ male viuūt qui ſe ſemꝑ victuros putant. Nēpe nõ ex debito ſed ex mutuo viuimus. Queſo igitur ne quis dicat tot vl᷑ tot annos habeo: q2 anni tui nõ ſunt ex quo mutuo accepiſti. vnde cuidaꝫ dicenti. xiiij. annos habeo: reſponſuꝫ ē xiiij. annos cõmemoras quos nõ habes: q2 p̄terierunt ⁊ ſi eſſent eos non haberes: q2 nõ poſſideres. hec tãgit ſene. li. de naturalibus queſtionibus Igitur ſileant qui pre grãdi iuuentute de futuris annis gloriantur. ſileant ⁊ hi qui ſua vetuſtate laudeꝫ ſibi aſcribunt miranda ſe vidiſſe iactant Nam iſti gloriant᷑ de eo q̇d oīno preterijt. iuuenes aūt in eo ſperãt cuius ſecuritatem ignorãt. ouidius ſine titulo li. i. Labitur occulte fallitꝗ volubilis etas. Et celer admiſſis labit᷑ annis equis. ⁊ idem. iij. de arte. Ludite formoſe tenere cãtare puelle. Nã defluūt anni more fluētis aque. Nec que p̄terijt iterum reuocabit unda: Nec que p̄terijt hora redire põt. O quō putas eos faſtibus eleuari q̄ ſolia mundi obtinent: eo ꝙ ſui tranſitꝰ proximitatem negligunt. Q̄ta enim eſſet temeritas eorum: ſi abſꝗ fine viuerent: ex quo modica vite morula extollit cornua ipſorum. Attendãt. n. illud oui. xv. methamor. Cuncta fluunt nihil eſt q̇d toto p̄ſtet in orbe. ipa ꝗꝫ aſſiduo voluunt᷑ tp̄e motu. ouidiꝰ li. vi. de faſtis. Tempora labunt᷑ tacitiſꝗ ſeneſcimus annis. petronius. Heu nos miſeros q̄ totus homuncio nil eſt. nil erimus cuncti poſtꝙ nos auferet ortus. Nunquid ergo laudabile foret ſi noſipſos cõſpiceremus: dierūꝗ breuitatem oculis anteponeremus. tunc enim ſuꝑbia periret diuitie ſufficerent pauce diuinoꝗꝫ cultui ſinguli vacarēt. Porro nullus tam effrons tam impenitēs inueniri poſſet: quin tremore mortis recõciliari deo diſponeret. Nouimus tñ ꝙ mori oportet: ſed nõ attendimus ⁊ ſi occurrat memoria quedam: tunc ꝓcraſtinus mundiꝗꝫ vanitatibꝰ nos occupantes faciliter deſiſtimus. vtinam attenderemus illud maximiani Cuncta trahit ſecum vertitꝗ volu-

bile tempus: nec patitur certa curre
re queq3 via. Jam nihil eſt: totu3 qđ
viximus oīa ſecum tp̄s p̄teriēs bo
ra que ſumma trahit. Rurſus ſi bre-
uitas vitam ſpernere nō docet: ſaltē
hoc faciat ipſius breuitatis miſeria.
Nam teſte apuleio li. de deo ſocrat3
Fortuna caduca ſigillatim morta-
les voluto tēpore vocat: anxijſq3 mē
tibus ꝛ obnoxijs corporibus viuūt.
vnde ſcōs p̄hus. Quid eſt inquit ho
mo et reſpondet mens incarcerata
fantaſma temporis ſpeculator vite
mancipium mortis tranſiēs viator
loci hoſpes aīa laborioſa parui tp̄is
habitaculū. His igitur attētis quis
ſapiens de vita p̄ſenti ſollicitabitur
in qua nō niſi miſeria reperit. ꝛ licet
bruta vite miſeriam habeant. angu-
ſtior tñ eſt vita humana: cui natura
minime prouidit: beſtijs aūt neceſſa-
ria dedit. vnde plinius in hiſtoria na
turali li. vij. Ceteris inquit animāti-
bus varia tegimenta natura tribuit
vt cornua ſpinas pennas ſquamas
vngues: arboribuſq3 cortices hoīe3
vero nudum natura produxit. dicen-
te catbone. Infantem nudum cum
te natura creauit. Paupertat3 onus
patienter ferre memento. ſidoni⁹ in
ſuo ep̄ſtari. li. v. O neceſſitas abiecta
naſcendi miſeria viuendi dura moriē
di. valerius li. ix. ca. xij. Humane vite
curſus ꝑut fortuna gubernaculum
rexerit: modo aſpero modo trāquil-
lo motu peragitur ſpe ſemper minor
dum ꝛ cupide votis extenditur ꝛ fe
re ſine rōne cōſumitur. Miru3 eſt igi
tur cur ſapiētes qui ſe reputant tātis
criminibus miſere vite fomenta con
queſtant. Nullus eni in corpe viuēs
felix eſſe poteſt: ſi qua tamē felicitas
fuerit: ideo eſt q2 vita mente abutit
p̄ſens: futuraq3 bonis opibus expe-
ctatur. nam dicit plautus in aulula.
Timor cupiditas auaritia felicē eſſe
nō ſinunt hominē: ſc3 in preſenti vita
boetius. iij. de ꝯſola. Dignitatib⁹ ful
gere vis. ꝛ preire ceteros honore cu-
pis: ſed tandem obnoxius periculis
patebis. gloriam petis: ſed ſecurus
eſſe deſiſtes. Nempe ꝛ inconſiderā-
ti quid mors ſit gaudeo ꝛ lugeo gau
deo inq̄ꝫ vite future viſa magnitudi-
ne: cuius aditus bona mors eſt: ſed
lugeo: q2 corpus formidat mortem:
languores habere timeſcit: ꝛ in cine-
rem redigi recuſat. Reuera tamē ſa-
piens ſi fuero plus adeſt mihi gaudij
ꝙ luctus. Na3 ſi mors me moleſtat
ſpes futuri ſeculi magis me delectat
Noui enim ꝙ mors trāſitus breuis
eſt. Unde hildebertus de exilio ſuo.
Mos eſt inquit hic hoīs ſemꝑ cum
tp̄e labi: ꝛ ſemꝑ quadam conditione
mori ꝛ hoīs nudum naſci: nudumq3
reuerti: eſt hoīs putrere ſolo limūq3
fateri: ꝛ miſeris gradibus in cinerem
redigi: res ꝛ opes preſtant ei famu-
lantur ad hora3 ē locuples mane ve
ſpere pauper erit. marcialis cocus.
Gaudia nō remanent ſed fugitiua

volant: ſcilicet poſt mortē. vnde ma-
ximianus. O ꝙ dura premit miſero
cōditio vite. Nec mors humano ſub
iace arbitrio. Dulce mori miſeris ſed
mors optata recedit. At cum triſtis
erit pcipitata venit. Morte melius
ꝙ mortis ducere vitā. Pena minor
certam ſubito pferre ruinā ꝙ ꝙ per
timeas ſuſtinuiſſe diu. Et ſubdit.
Quot bona tūc habui: tot modo dā
na fleo. Nonne placet melius certis
conſidere rebus. Euētus varios res
noua ſemp habet. Felix qui potuit
trāquillam ducere vitā. Et letos ſta
bili claudere fine dies. Ex quibus cō
cluditur breuitas miſeriaq; vite pre
ſentis.

Capl'm ſcd'm quomodo vita pre
ſens eſt carcer anime.

Anima rationalis dei
formis eſt immortaliſ
q; ſibi. ergo carcer eſt
corpori iungi mortali
carniſq; pnitas ſpiri-
tuz ad ſcelera trahit: ꝛ velut mācipa
ta carceri: ſic anima feneſtrulis an-
guſtis res de foris conſpicere poteſt
vt tāgit hildebertus de exilio ſuo. vñ
loquendo in perſona anime ſic ait.
Egrediar ſʒ neſcio quo ſed neſcio qñ
ꝛ fortaſſe dies iſte ſupmus erit. Eſt
ergo ponenda domus qua libera tri
ſti carcere perpetuo iure carere que-
am. Itaq; anima petit vt extra cor-
pus ſit: carcereq; careat. ſibi igitur
tedium eſt corpus. Unde ꝛ ſapiētes
plures corporis tedia vitare volen-
tes ſeipſos interfecerunt. vnde nar-
rante euſebio in cronicis. Anno im-
perij auguſti. xl. pmo. Marcus por-
cius catho latin⁹ declamator tedio
duplicis quartane ſeipm interfecit.
In hoc autem atteſtari minime de-
bet: quia ſe necare nullus iure poteſt
ipmq; atq; lucreſiam hac de cauſa
redarguit auguſti. in libro de ciuita-
te dei. Sufficiat autez ꝙ prelibata
hyſtoria in hoc ſeruit nobis ꝙ vita p̄
ſens tedioſa eſt ipius anime carcer.
Nam corpus ſordibus conſtringit
animam. vnde prudentius. Eſtuat
ꝛ ſordes atq; arta vincl'a recuſat ſci-
licet anima. Galterus alexāder. vij.
Allicit illecebris animam caro: nec ſi
nit eſſe principij memorem ꝙ eius
imaginis inſtar facta ſit ꝛc. quia ſcili
cet carne inclinante: anima ſepi⁹ obli
uiſcitur qđ ſit imago dei: quando ſci-
licet operibus rationis ſe nō confor-
mat. Eandem ſentētiam tangit ber
nardus in microcoſmo. Sed lector
querere poteſt: an mori appetere li-
ceat viſa miſeria vite. Cui reſpondē-
dum occurrit ꝙ vir ſapiens ad mor-
tem currere nō tenetur: ſed vitaz cu
re vt dominus diſponit libenti ani-
mo. vnde ſeneca ad lucillum epiſto-
la. xxiiij. Quotidie morimur. quoti-
die enim demitur aliqua pars vite. ꝛ
ſubdit. Ridiculuz currere ad mortez

tedio vite. Vir inquit fortis ſapiens
nō debet e vita fugere:ſed exire.idē
ſeneca epiſtola.lxxvij. Nec vita ſit te
dio nec morti timori.⁊ ſubdit. Quic
quid enim expectatum eſt diu leuius
accedit. Itaqꝫ ſi mortem abſqꝫ timo
re expectaueris eam nō ita formida-
bis.vnde quintus curtius libro.iiij.
Fortium virorum eſt magis mortē
contemnere ꝙ vitam odiſſe. valeriꝰ
maximus libro.ix. Ratio vitam dili-
gere mortem nō timere precipit.epi-
curus. Ridiculū eſt currere ad mor
tem tedio vite:vt ſuperius ſeneca.et
ſubdit epicurus. Quid inquit tam ri
diculum ꝙ appetere mortem cū vi-
tam inquietā tibi feceris metu mor
tis. Nam ſeuitia eſt velle mori:vt in-
quit lucanus libro quinto. Nempe
aliud eſt vitam cōtemnere:aliud eſt
non timendo mortem vitam odiſſe.
Nulli enim fas eſt vitam odio habe
re.ipſam autē contemnere ſapientis.
galterus alexā.vi. Fortis animi eſt
contemnere vitam.nō tamen odiſſe.
Aliqui tamē vitam nō ex vītute ſed
ex miſeria contemnunt quibus laus
debetur.marcialis cocus. Rebus in
anguſtis facile eſt cōtemnere vitam
fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt
Ex predictis ergo colligamus ꝙ nec
ad mortem currendum nec vita pre-
ſens amanda eſt. Qui enim mortem
querit dies breuiat in quibus profi-
cere habet.qui autem vitam diligit
animam incarcerari nō metuit,vitā
ergo' potes nō odiſſe:ſed contemne
re libet:vt nō leteris aīam immorta-
lem corruptibili corpori applicari.

## Capitulum tertium de contem- ptu mortis.

Inſipientie eſt formi-
dare quod vitari non
poteſt:ꝙ cum accidit
ipſi ſapienti vtiqꝫ meli
us eſt. Sed nunquid
mortē formidare natura petit. Quiſ
igitur ꝙtumcūqꝫ ſapiens non time-
bit. Nempe mortē abſqꝫ delicto for
midare potes:ſi eā naturali quodā
deſiderio refutes:ſed ſapienter ſi de
liberaueris eam nō timendam cōclu
des. Aliud enī eſt primis motibus
impellentibus timere mortem:aliud
deliberatione ꝓhabita nō contēnere
mortē qḋ faciunt inſipiētes.vñ ſene.
li.de remedijs fortuitoꝝ. Stultū eſt
timere qḋ vitare nō potes.idē li.vi.
de natu.qō. Contēne mortem ⁊ oīa
ꝗ ad mortē ducunt ſiue bella fuerint
ſiue naufragia ſiue grauia pondera.
nunqḋ amplius facere pn̄t ꝙ vt cor-
pus ab anima reſoluāt qḋ nulla dili-
gentia nulla potentia euitare pōt.nā
ſepatio corpis ⁊ aīe hoīs vtrāqꝫ par
tem ſue nature reſtituit.nam terre de
betur corpꝰ cū ex illa plaſmatū fuerit
celis autē immortalibꝰ immortalis
aīa debet. Sapiens igit cōtemnat
mortem. vale.li.ix. Corpis ⁊ anime

ſocietas non firmo vinculo coheret facile dirimitur. Naz ſtultū eſt in eo cōfidere quod leui perdit caſu. varro in ſuis ſententijs. His cuz natura litigat qui mori graue fert: duplexq; malum eſt: cum moleſte ferimus qđ neceſſe eſt. ſeneca de naturalibus q̄ſtionibus. Puſilla res eſt hominis vita: ſed ingens res cōtemptus vite hanc qui contempſerit ſecurus videbit maria turbari: ſecur⁹ aſpiciet horridam faciē fulminantis celi. Quid inquit ad me q̄ magna ſint quibus pereo. Ex quibus concludit q̄ vita contēnenda eſt: ex cuius contēptu ſequitur contemptus mortis. & idem ſeneca in troade. Optanda res eſt ſine metu mortis mori. idem in thieſte. Abeant queſtus diſcedat timor. idem in hercule etheo. Muſq; ille miſer eſt cui facile eſt mori. O vtinā diuites mundi iſta reſpicerent mortēq; nō ita timerent quam ideo formidant: q2 ſua poſſedia diligunt nimis q2 timent his priuari in quibus cōfidunt. Si enim in bonis poſt mortez futuris cōfiderent mortē vtiq; contēnerent. Utinaz attenderēt illud ſene. ad lucillū. xxvi. Que querela eſt aut incōmodum ſi quicquid debeat deſinere deficit. Et qs exitus melior q̄ in finē ſuum natura ſoluente dilabi. Nempe mors preceſſit & mors ſecutura eſt: vt ponit idez ſene. epla. liiij. & idem ſeneca epla. lxxvij. Nemo inquit tam imperitus eſt: vt neſciat ſe quandoq; moriturū eſſe: & tamen cū prope acceſſerit tremit & plorat. Nū quid ille inquit tibi videt ſtultiſſim⁹ qui fleuerit eo q̄ ante mille ānos nō vixerit. Eque ſtultus eſt ille qui flet eo q̄ poſt ānos mille nō viuet. Hec īquit paria ſunt nō eris nō fuiſti vtrūq; tempus alienum eſt. Quid enim fles ad hanc legem cū ſis natus: idē epla. lxxxij. Non aūt eſt mors glorioſa ſed fortiter mori eſt glorioſuz que dementia eſt fugere cum retroire nō poſſis. tulli⁹ in philippica. viij. Turpis fuga mortis omniq; morte peior eſt. qui ergo ſapiens eſt mortem nō metuit. idem tullius li. ij. de tuſcula. queſtionibus: q2 mori neceſſe eſt & q2 mors nihil habet quod ſit horrēdum mortē ideo non timeo. vnde refert valerius li. vi. ca. ij. q̄ cum theodorus cyreneus regē liſimacum increpaſſet eo q̄ quidaz nimis indigeſta fecerat ob hoc liſimaticus iuſſit theodorū cruci affigi. & tunc theodorus ait. Mea ſiquidez nihil intereſt humi aut ſubluni putreſcam. catho. Fac tibi preponas mortē nō eſſe timendā. Que bona ſi non eſt. finis tū illa malorū eſt. Non metuit mortez qui ſcit contēnere vitam. vnde lucanus li. viij. Mors vltima pena eſt: metuenda viris. Si enim aliquo pacto mors effugi poſſet: aut ſi poſt mortem nulla vita eſſet: vtiq; formidanda foret. Sed a nullo euadi poterit. Sancteq; moriens vita poſt

mortem fruetur potiori. Nulli igitur
ſapienti reſtat pauor mortis. vnde ſe-
cundus phus. Quid inquit eſt mors
⁊ reſpondit extremus ſomnus diui-
tum pauor pauperū deſiderium ine-
uitabilis euentus lacus hoīs fuga
vite reſolutio oīum. horatius. Debe-
mus morti nos noſtraq;. Et ſubdit
Mortalia ficta peribunt. ouidius ī
epiſtolis. Occurrunt animo pereun-
di mille figure. Morſq; minus pe-
ne ꝙ mora mortis habet. ⁊ horatius
in odis. Omnes vna manet mors et
calcanda via ſemel leti. ⁊ ſene. in tra-
gedijs. Fatis agimur credite fatis
nō ſollicite non poſſunt cure mutare
rati ſtamina fati: ſerius aut ocius ſe-
dem ꝓperamus ad vnam. Ecce igi-
tur aperte cōſpicimus mortem vita-
re nō poſſe. Nimirum igitur ſi contē-
nanda conſulitur. Attendamus igit̄
quoniam teſte claudiano in minori.
Omnia mors capit. vñ morti loquē-
do ſic dicebat. Quicquid liquid⁹ cō-
plectitur aer quicquid alit tellus q̇c-
quid maris equora veutus quod flu-
uij volunt quod nutriuere paludes:
cuncta tuis pariter cedunt aīalia re-
gnis lunari ſubiecta globo ꝙ ſepti-
mus auras ambit ⁊ eterniſ mortalia
ſeparat aſtris ſub tua purpurei veni-
unt veſtigia reges depoſito luxu tur-
ba cuȝ paupere mixtim omnia mors
equans. ouidius. iiij. ſine titulo. Om-
ne ſacrū ⁊ mors importuna propha-
nat. Omnibus obſcuras inijcit illa
manus viue pius morere pius cole
ſacra colenteȝ. mors tñ a templis in
canabuſta trahit. que verba nil aliđ
ſonant tam claudiani ꝙ ouidij: niſi
ꝙ oīa que ſunt ſub ꝯcauo lune peri-
bunt: ⁊ oīſq; homo pius vł impius ſu-
os morte terminabit dies. Nempe
mori naturale eſt. ⁊ oīa poſt mortem
in id petunt reſolui ex quo ꝓcellerūt.
vnde maximia. Ortus cuncta ſuos
repetunt matrēq; requirunt. ⁊ redit
in nihilum quod fuit ante nihil. ⁊ lu-
canus. Capit oīa tellus que genuit
celo. ſtatius ī thebaidos. Mille mo-
dis leti miſeros mors vna fatigat. ꝓ-
ſper in epigrā. Ferro peſte fame vin-
clis ardore calore. Mille modis mi-
ſeros mors rapit vna homines. qui-
bus attentis mors contēnanda eſt:
quam euitare nullus etiam ſapiens
valet. Innumerabiles eniȝ laqueos
hoībus tendit ⁊ inſperate venit. vnđ
eunodius. Mors nō expectatis or-
dinibus venit. Ipſa eſt enim omniū
mortalium finis. ſed ipā finem nō ha-
bet: ꝙdiu ſeculum preſens manebit.
quinimmo ⁊ mors peccatorum ſem-
per mors erit. eſt ergo ſine ſine finis
vnde ſeilo. Mors omne durum pre-
ſens graue triſte futurum. Fine ca-
rens finis ⁊ plena ruina ruinis. Om-
nia enim mors cadere facit: ſed poſt
illam viuentibus pie celſus iudex de-
us miranda ꝓmittit. Vir ergo ſapi-
ens eſt qui mortem contemnit.

Ca.iiij.de preparatione et deſiderio bone mortis.

Mors bona in eternam cõmutat vitã mortalem: necꝫ bene moriẽtibus mors vere contingit: ſed vita multo celebrior aſſignat. vnde mercuri⁹ termegiſtus ad aſclepium. Nos q̃dem piſſimis votis optam⁹ ſi diuine placeret pietati: vt nos mundana cuſtodia abſolutos ſuperiori parti nature reſtituat. Et hec eſt merces pie ſub deo diligenter: et cum deo viuentibus. Ouidius tertius methamorphoſeos. Ultima ſemper expectãda dies homini eſt: diciꝫ beatus ante obitũ nemo ſupremum debet. Nam vita p̄ſens beatitudine frui non põt. mors ideo bona qua vir pius deo cõiungitur. gaufredus in poetria noua Quando quidẽ mortem nõ poſſe vitare neceſſe eſt: tranſeat in formã virtutis: quaſi dicat ꝙ facienda eſt de neceſſitate virtus. Nam tunc virtus eſt ſi bene appetis quod bene habere potes. tunc enim mortem bene habes qñ vt bene moriaris ꝓuides. vñ macrobius li.i. de ſomno ſcipionis dicit mortẽ philoſophãtibus eſſe appetendam ipamꝫ phiam eſſe meditationem moriẽdi. vnde plato duas mortes hoïs nouit quarꝫ vnam natura et alterã virtutes p̄ſtant. Hõ enĩ morit cũ aïa relinquit corp⁹ ſolutũ lege nature. mori etiã dicit cũ et ipa aïa adhuc in corpe ꝯſtituta corporeas illecebras phïa docente contẽnit et cupiditatũ dulces inſidias reliquaſꝫ oẽs paſſiones exurit. et hanc mortẽ dicit plato ſapiẽtibus eẽ appetendã Sic enĩ mori nihil aliud eſt niſi vite voluptates contẽnere et futurã vitã deſiderare. marcia. cocus. Dulcia defecta moderatrix carmïa lingua. Cãtator cignus funeris ipẽ ſui: itaꝫ ſicut cignus cantat dũ eſt moriturus: ſic etiã ſapiens letari dꝫ duꝫ moritur melius victurus. ſꝫ mors a plurimiſ formidat: eo ꝙ pauci ad bene mori ꝑparantur. Quõ enim bñ mori poteris ſi tue mortis caſum nõ preuides ſi vt bene moriaris opa bona nõ pficis. Nempe ſi ſcires te bene moriturum: morti forſan nõ ita ꝯtradiceres Uis aũt ſcire q̃ mors tua erit: viuere ſic ſtudeas vt bñ mori queas. qualis enĩ vita fuit talis ipa mors erit. vnde tul in li. de ſenec. Hoc p̄meditatũ ab adoleſcẽtia dꝫ eſſe. mortẽ et negligamus ſine qua meditatõe tranquillo aïo nemo põt eſſe. Moriendũ enim certe eſt et id incertum: an eo ipſo die Mortẽ igit oïbus horis impẽdentem timẽs quis poterit aïo tuto ꝯſiſtere. Sapiens igit quiſꝫ equo aïo morit et ab hac vita diſcedit tanꝙ ex hoſpitio. Cur igit multis mors ẽ ſic oneroſa. ideo eſt qꝛ in opinate moriũtur: nec de futuris bonis poſt mortẽ habẽdis ſollicitant. tulli⁹ de ſenect.

Mors terribilis eſt hijs quorũ cum vita oĩa extinguunť: nõ hijs quorũ laus emori nõ põt. ideꝫ tul. in tuſcu. qõni. li. i. Tota inquit pħorũ vita vt ait plato cõmendatio mortis eſt. nã quid aliud agimus cũ a voluptatibꝰ id eſt a corpore cum a re familiari q̃ eſt miniſtra ꝛ famula corpis cũ a re-pu. cum a negocio oĩ ſeuocamus animum qđ inceptum agimus: niſi aĩum ad ſeipm aduocamus ſecũ eſſe cogimus: maximeq; a corpe abducimus Secernere aũt a corpe aĩum nec q̃cq̃ aliud eſt q̃ mori diſcere quare hoc cõmentemur mihi crede diſiungamꝰ nos a corporibus, id eſt ꝯſueſcamus mori. Ille ergo viuens moriť qui carnis deſideria nõ ſequitur. Nam quid eſt mors niſi ſepatio anime a corpore que tũc ſeparatur qñ voluptates ipius nõ imitatur. ſeneca in agamẽnone. O q̃ miſerum eſt neſcire mori. Illi enim mori neſciunt qui ſe tanq̃ morituros nõ diſponũt. Nullũ enim bonũ adiuuat habentẽ: niſi ad cuius amiſſioneꝫ pparatus eſt animus: vt ſeneca inquit ad lucilluꝫ epiſtola. iiij. quaſi dicat q̄ ad mortẽ ſic ſe debet pparare homo vt q̃ poſſidet ſic diligat q̄ pdere nõ timeat. ſeneca ad lucil. epľa. xxvi. Qui mori didicit nature ſeruire didicit: ſupra omneꝫ potentiam mors eſt: ꝛ certe extra omnem Quid ad illum ſcꝫ morituruꝫ carcer ꝛ clauſtra ꝛ cuſtodia. Mors eniꝫ liberum hoſtium habet. Illum igitur lauda ꝛ mirare quem nõ piget mori cum amet viuere. Que enim eſt virtus cum eiiciaris exire. Sapiens eni nil inuitus facit neceſſitatem effugit hec ſeneca ad lucillum li. iiij. O vos igitur ſeculi ſapientes diſcite preuenire mortem viam preparate vobis nec differatis. Neſcitis enim diẽ neq; horam qua mors ventura ſit. verſificator. Ne ſis ſecurus hodie vel cras moriturus. Intus ſiue foris eſt plurima cauſa timoris. Cunctis ſis horis hominis memor interioris. ſꝫ immemores illi inueniuntur qui corporis deſideria complere tantummodo nituntur. Utinam animaduerterent corporis edia: futuris anime ſolatiis comparari nõ poſſe. ſaluſtiꝰ in catilinario. Mors erũnarum requies eſt nõ cruciatus nec mors mala eſt: qr nullũ malũ glorioſuꝫ. mors aũt glorioſa eſt. vñ ꝛ zenomanus ſibi mortẽ intulit: vt feliciter poſt mortem viueret: narrãte lactan. ꝛ lꝫ bene feciſſe nõ credať: vite tñ future celſitudinẽ atteſtať. Unuſquiſq; igiť ita ſe pparet: vt morte glorioſa finiat vitam. ſeneca. iij. de naturalibus queſtionibus. Mors eſt lex tributũ officiumq; mortaliũ. malorumq; omnium remediũ. ꝛ ſubdit. Mors igitur nomẽ nõ formides effice illã cogitatione multa tibi familiarẽ: vt illi obuiã exire poſſis. vñ in ꝓuer. ſapientũ colligiť q̄ cuꝫ vita eſt gratia ꝯditio mortꝭ eſt optima. ꝛ boetiꝰ. i. de cõſo.

Mors hominū felix que ſe nec dul-
cibus annis inſerit ⁊ meſtis ſepe vo-
cata venit. Hec etenim ſepius conſi
derans clare cōſpicio bñ vivere opor
tere bñ cupienti mori: bonaqꝫ mors
prebebit que vita nō poteſt exhibe-
re preſens. ſeneca ad lucillum. xxiiij.
Multum fuit carthaginē vincere:
ſed amplius mortem nō timere cuiꝰ
beneficio nil anteferēdū. Licet tamē
mors vt prelibatū eſt bona ſit: nulli
tamē mortē licet inferre. ſeneca in a-
gamenōne. Rudis itaqꝫ tyrannus ē
morte qui penam exigit; vita agitur
quātum deo placet vnicuiqꝫ permittē
da eſt; niſi ſceleribus mors ꝓmerea-
tur. Ex prelibatis igit̄ hoc ſuſcipiat
documentū lector; vt ſcꝫ bene viuen
do mortis vendicet ꝓpicium diez le
gemqꝫ moleſte nō ferat oībus equā
boetio teſtante. ij. de conſolatione.
Mors inuoluit hoīem pariter ⁊ ce-
ſum caput; equatqꝫ ſummis infima.
horatius li. carminū. Pallida mors
equo pulſat pede pauperū tabernas
regumqꝫ turres vite ſumma breuis
ſpem nos vetat incohoare longā. clau
dianus in minori loquēdo morti ait.
Omnia mors equas tu damnatura
nocentes. Tu requiem datura pijs:
te iudice ſontes. Impia cogent̄ iure
cōmiſſa fateri. vnde hildebertus ce-
nomanenſis. Mors dominum ſer-
uo mors ſceptra ligonibus equat.
Diſſimiles ſimili conditione trahens
ſeneca. iij. de naturalibus queſtioni-
bus. Nihil inquit intereſt vtrum me
lapis vnus elidat aut totus mons
premat. Nam hoc habet natura pre
cipuū φ cū ad exituꝫ venimus equa
les omnes ſumus. Quibus attentis
mors benigne ſufferenda eſt; animo
qꝫ ſollicite vnuſquiſqꝫ ita ſe diſpone-
re habet; vt morte veniente obitu ſa-
cro decedat; ⁊ patienter anguſtias il
lius ſuſcipiat.

Ca. v. de patientia mortis ſub
ſpe glorie future.

Milites grandibus pi
culis ſe exponunt eti
am ſub ſpe tempora
lis honoris ⁊ glorie
Nunquid igit̄ mors
ſapienti ſpūaliterqꝫ
militanti exiguū generat faſtidium
ſi ſpes immēſe incogitabiliſqꝫ glorie
habeatur. Nempe veteres phi huiꝰ
vite ſcꝫ future ſub confidētia vſqꝫ ad
mortem letabundi triumpharūt. vñ
vt etiam cōmemorat tul. in lib. de ſe-
nectute. xenophon in li ð ciro. narrat
qualiter cirus maior moriens dixit.
Nolite arbitrari o filij mei cariſſimi
me cum a vobis diſceſſero nuſꝗ̄ aut
nullum fore: nec enim dum eram vo
biſcum animū meum videbatis. ſed
eum ſcꝫ aīum eſſe in hoc corpe ex eis
rebus quas gerebaꝫ intelligebatis
Eundē igitur in celis eſſe creditote:
etiam ſi nullum eſſe videbatis. He-

reat igitur ſtultiſſima eorum aſſertio qui vitam futurā abnegant: aīamqȝ putant mortalē. Reuera plato eā immortalē credidit: vt patet in ſuo phedrone quē trāſtulit cicero. in quo valentiſſimis argumētis aīe immortalitas aſſerit: ꝓut narrat macrobius ſuper ſomno ſcipionis. vnde vt refert tul. in p̄mo tuſculanaꝝ queſtionum. Cum librū predictum platonis quidam legiſſet dictus theobrotus ambrochiota aīeqȝ immortalitatē didiciſſet e muro ſe precipitē dedit p̄ deſiderio melioris vite. vnde tul. de ſenectute. Non eſt inq̄t lugenda mors quā immortalitas cōſequitur. idem p̄mo de tuſcu. q̄oni. Nemo vnq̄ ſine magna ſpe immortalitatis ſe ꝓ patrie offerret ad mortē. ⁊ ſubdit. Sȝ neſcio quomodo inheret mētibus q̄ſi ſeculorum quoddā augurium futurorum. Idqȝ in maximis ingenijs ⁊ altiſſimis animis ⁊ exiſtit maxime: ⁊ apparet facilime: quo quidē demp̄to. ſcȝ augurio futurorū quis eſſet tam amēs qui ſemꝑ in laboribus et periculis viueret: quaſi diceret null⁹. Si igit̃ innumerabiles gētiles olim morti ſponte ſubiacuerunt ſi pro publica tuenda corpori ꝓprio nō pepꝑcerunt aut fuerunt amētes quod abſit aut future glorie iocunditatē expectauerunt. O igitur q̄ infelices q̄ poſt mortem animam cum corpore euaneſcere credūt. Contra quos ouidius. v. methamor. Mortez carent anime. ſtatius in thebaidos lib. vij. Ite alacres noſtri nunq̄ morientur honores. Si enim oīa ſapientū ſcripta legeremus omnes fere vitā eternam ſperaſſe inueniremus. orator li. ij. O q̄ perinania currit mens ignora boni. Certeqȝ humanū tranſcendunt grandia votū. tul. in de ſenectute. O preclarū illum diem cū ad illō diuinum animorū cōſilium cetumqȝ ꝓficiſcar. Cumqȝ ex hac turba ⁊ colluuione diſcedaȝ. tulli. in philip. xiiij. Grauis a natura nobis data eſt vita: ſed memoria datur vite ſempiterna: que ſi nō eſſet longior q̄ hec vita Quis tunc eſſet tam amens q̄ maximis laboribus ⁊ periculis ad ſummam laudem gloriāqȝ cōtenderet: quaſi dicat nullus. ꝓut tangit ſupra idem tul. licet alio loco. idem tulli. in tuſcu. queſtioni. lib. i. Cum corporis facibus ad omnes fere cupiditates inflammare ſoleamus eoqȝ magis incendi q̄ hijs emulemur que ea habeāt que nos habere cupiamus: ꝓfecto beati erimus cū corporibus relictis ⁊ cupiditatuȝ ⁊ emulationum erimus expertes. quodqȝ nunc facimus cū laxati curȝ ſumus: vt ſpectare aliquid velim⁹ ⁊ videre id multo tum faciemus liberius: totoſqȝ nos in contēplandis rebus proſpiciendiſqȝ ponemus. propterea q̄ natura ineſt mētibus noſtris inſatiabilis quedam cupiditas veri videndi. ſcilicet ip̄m deum qui eſt ſola veritas. quid

amplius: nunquid mercurius terme
giſtus aſclepio diſcebat poſt mortez
vitam eternā bonis deum daturum
⁊ quintil. li. iiij. Si quis ſciat quis eſt
finis boꝝ que ne vera felicitas nun-
ꝙ ſibi videbit prematura morte pe
riturus: qꝛ ſcȝ illi ꝑ mortem ſe perire
nō credunt qui de vita eterna confi-
dunt. quam vitā cōmemorat ſeneca
ad lucillum epl'a. xx. O quādo ille ve
niet dies qui in honorē tuum mentia
tur: ⁊ loquit lucillo. Idem ad lucil.
epl'a. lxxi. Miraris homīes ad deos
ire ⁊ deus ad hoīem venit īmo in ho
mines. Nulla enim bona mens ſine
deo eſt. Idem epiſtola. vi. ad paulū
Feramꝰ equo aīo ⁊ vtamur foro qđ
ſors cōceſſit donec inuicta felicitas
finem malis imponat. Ecce ꝙtis te
ſtimonijs etiā gentiliū vita futura ꝓ-
dicatur ⁊ ſperatur. vnde ꝓſper libro
epigrā. Semper erūt qđ erant eterna
gaudia vite. Gaudendi qm̄ cauſa
erit ipē deus: nec varios pariet mo-
tus diuerſa voluntas. Unum erit in
cunctis lumē ⁊ vnus amor. Inqȝ ho
mis ſummis poſita experientia felix:
nec valet augeri: nec metuit minui.
Ad patriam vite de noctis valle vo-
cati. Uirtutū gradibus ſcandite luc⁊
iter. Gratior eſt fructus ꝙ ſpes pro
ductior erit. Exulta agnoſcēs te ver
bi in carne renatū ⁊c. Ex quibus pa-
tet ꝙto deſiderio vita futura ſperan
da ſit: morſqȝ preſens ferenda.

Capl'm. vi. de reſurrectione mor-
tuorum ⁊ immortalitate anime.

Nihil ꝓdeſt ſepulturā
ruȝ vanitas aut ſepul
chrorum faſtigium.
Quid enim poſt mor
tem tibi proderit cum
mortuꝰ fueris tumuli curioſitas. Re
uera nil quinimmo teſtimonium for
taſſis eſt illius iactantie quam in ſe-
culo dilexiſti. O igitur ꝙ deteſtanda
illa hominum curioſitas ꝙ cum diē
extremū claudere petāt: natura qua
ſi ex toto ruente. exequiarum tamen
atqȝ ſepulturarū deſiderāt pompas
nec hijs ſuffecit inanis cura in qua vi
xerūt corpalibꝰ appetētes deſiderijs
ſatiſfacere atqȝ iactantijs: ſed etiam
abſqȝ dilatione cum ſint morituri va
na quadam ſuperſtitioſitate famaȝ
inutileȝ ſibi aggregāt: caro que quie
ſcere petit ſue reſolutionis poſtulans
aditum ſpirituſqȝ quietam felicitatē
repetit. ¶ Homo tamē qui ex hijs duo
bus conſtat vtriuſqȝ poſtulationi cō
tradicit: qꝛ licet etiaȝ repente ſe vide
at receſſuruȝ. ipē tamē laborioſo ſen
ſu mundanam querit gloriam edere
Sed nunꝙ poſt mortem viri ſancti
exequijs atqȝ ſepulturꝭ gloriati fue-
runt. Nequaꝙ ꝓut ait aug. li. de cu
ra ꝓ mortuis agenta vbi narrat opa
quedā ſanctoꝝ igni cōcremata. Alia
vero in fluminibus ꝓiecta ne qualiſ-
cunqȝ memoria de ipis in poſterum
haberet. ¶ Hoc aūt diuina pmiſſione
factuȝ eſt; vt diſcant chriſtiani ꝙ tūc

xp̄m maxime fatent᷑: quādo vanitatꝫ huius quecunqꝫ munera cōtemnunt nam li. ij. de vita patrum narratur ꝙ vir quidā impius honorifice ſepult⁹ erat: iuſtus aūt a beſtijs comedebat᷑ Cuidā igitur admirāti angelus re-ſpondit. Ille inquit ſcꝫ impius bonū parum egerat in hoc ſeculo. tpalem igitur accipit mercedem. ille vero iuſtus paucum peccauit. tpalez igitur in remedium accipit penā. Rationabiliter igitur cōcludit augu. i. de ciui. ca. xiij. ꝙ curatio funeris cōditio ſepulture pompa exequiarum magis ſunt viuorū ſolacia ꝙ̄ ſubſidia mortuorum: ⁊ ideo antiqui pħi de talib⁹ parum curauerunt. ſeneca de remedijs fortuitorū ſic dicebat. Inſepultus iacebis ſupple diceret aliqs. cui ille reſpondit. Facilis eſt iactura ſepulchri. Si enim non ſentio quid ad me attinet corporis ſepultura ſi vero ſentio: omnis tunc ſepultura eſt pena. Hic tamē poſſet moraliter queri an ꝓſit aiabus corpora ſepeliri in locis ſanctis ſeu conſecratis. Ad hoc reſpondit aug. li. de cura ꝓ mortuis agenda dicens ꝙ ſi ꝓ defunctis ſupplicationes nō fiant recta fide ac pietate: tūc ſpiritibus nō ꝓdeſt loci ſanctitas: quia tamen loca ſancta orationibus dedicata ſunt: cōſequenter in locis ſanctis ſepeliri animabus prodeſt. vnde narrat ibidem auguſti. de quadam muliere que filium ſuū defunctum in baſilica martyris petiuit ſepeliri ſperans precibus ſancti martyris filium adiuuari. Hec aūt ſpes inquit augu. ſana fuit quia martyris oratio ob hanc cauſam filio profuit. Locus tamē in ſe vt proficeret non habuit. Attendamus igitur: qꝛ nec tumuli prodeſt altitudo nec ſculturarum eminentia: ſed ſola merita cum ſuffragijs proſunt. Cur enim ſi impius es tui memoriā relinquere cupis aut que tibi gloria: ſi tua impietas per orbem memoretur. Si vero iuſtus es: nunquid lapis te faciet ſanctiorem. Abſit quia nec ſanctus eſt: nec quenqꝫ ſanctificare valet. Tuo igitur ſufficiat animo deum fore memorem tui: nec ſic mundi gloriā queras: vt propter ſepulture faſtum ſedem glorie perdas. Narrat enim ſeneca libro de trāquillitate anime ca. xiiij. ꝙ cum tyrannus quidam philoſopho theodoro minaretur dicens Morieris ⁊ ſine ſepultura corpus tuum erit. ipſe theodorus reſpondit. An inquit me ſic ineptum putas: vt mihi cura ſit: an ſupra terram aut in terra putreſcam. Nam vtrumqꝫ mihi eque facile eſt. Vir igitur in etate ſenili conſtitutus mente quieſcat: nec in talibus ſuperſtitioſitatibus ſollicitetur: atqꝫ cōſideret ꝙ repente moriturus ſit. Nunquid tradit tullius libro p̄mo de tuſculanis queſtionibus ꝙ diogenes ꝓijci ſe iuſſit inhumatū Tunc vō amici dixerunt volucribus ne ⁊ feris. minime vō inqt ſꝫ baculū

prope me q̄liō eas abigaʒ ponitote
rmn illi qui poteris: nō enim ſenties
tunc diogenes. Quid igitur mihi fe-
rarum laniatus oberit nil ſentienti. ⁊
ibidem narrat preclaruʒ anaxagore
dictuʒ qui cum lapſaci moreret̄ que
rentibus amicis vellet ne clazome-
nas in patriam ſi quid accidiſſet con
ferri: nihil neceſſe eſt inquit. vndiqʒ
enim ad inferos tantumdem vie eſt.
Nunquid ligurgus rex corpus ſuuʒ
iuſſit in mari ꝓijci ne ipſius titulo le-
ges infringerent̄: vt tradit pompei⁹
li. iij. Hij igitur caruerunt ſepultura:
nō tñ perijt eoꝝ memoria: qꝛ merita
remanſerūt. vnde hieronymus cōtra
iouinianum narrat ꝙ populus maſ-
ſagetarum cognatos ⁊ propinquos
deuorant. Dicunt enī ꝙ decētius eſt
vt ab amicis potius ꝙ̄ a vermib⁹ con
ſumant̄. ⁊ quāꝗ̄ ritus inſanus eſſet
inducimur tñ ꝑ hoc ſepultruarū ſper
nere pompas.

Ca. vij. de cōſideratione mortis.

VTilis eſt mortꝫ conſi-
deratio. nam dicit̄ ec-
cleſiaſti. xxxviij. Me-
mento nouiſſimorū ⁊
noli obliuiſci. ⁊ alibi.
Memorare nouiſſima tua ⁊ ineter-
num nō peccabis. tul. i. ꝺ tuſcu. qōn.
narrat ſocratē dixiſſe ꝙ tota phõruʒ
vita eſt cōmendatio mortis. alpho-
rabius lib. de diuiſione ſapie narrat
platonem dixiſſe ꝙ phīa eſt ſollicitu-
do mortis ⁊ ꝑ mortem intelligt mor-
tificationē prauorū deſideriorū. ſene-
ad lucillū. xvij. Meditare mortem
eam enī meditari libertas eſt; qꝛ per
eius. ſ. meditationē vitia que ſunt ſer
uilia euitant̄. naʒ in vita iohānis ele
moſynarij legit̄ ꝙ olim qñ impato-
res coronabant̄ eis monumēta mor
tuoruʒ oſtendebant̄ atqʒ interroga
bantur quale ſibi monumentuʒ fieri
vellent: ne ſui ſolij celſitudo eos in ſu
perbiā eleuaret. quāobrem greg. li.
ix. moraliū. Cum culpa aīm temptat
neceſſe eſt vt breuitatē vite ſue aſpi-
ciat: ne innocentē mortē cunctis im-
minentē iniquitas rapiat. idem mo-
rali. xxi. dicit. Imminente tēpeſtate
⁊ fluctibus tumētibus nulla nauigā
tibus tēpalium rex cura nulla carnis
delectatio ad mentē reducit̄: omneſ-
qʒ res in deſpectū veniunt ſi ceſſet a-
mor viuendi: ſi timor precogitetur
mortis. Hanc ſiquideʒ recogitabat
iob dicens. Nudus egreſſus ſuʒ ⁊c.
iob pmo. Nec tñ ex mortis ꝯſidera-
tione dʒ animus deſperare aut iraſci
ſed potius in ꝟtutibus ꝓſperari. ſe-
neca. iij. de natu. queſtio. circa finē ſic
ait. Cur cum iraſceris ſuſtine paulu
luʒ ecce mors veniet que nos pares
faciet. ⁊ idem epl'a. xcv. ad lucillum.
Mors omnes equat ⁊ oēs pares
morimur. ⁊ eccl'aſtes. i. Sicut quis
egreſſus eſt nudus de vtero matris
ſic reuertet̄. O vtinam mortis me-

moria nobis adeſſet. tunc enim inde ſinenter bene agere ſollicitaremur: et in noſtre vite diuturnitate minime confidentes: tanquã nunc mortui eſſemus: ſic ad vite future adeptionem pperaremus. ideo ſapiẽs eccleſiaſtes. ix. dicebat. Quodcunqꝫ põt manus tua inſtanter opare. et ibidem xi. Mane ſemina ſemẽ tuum ſcꝫ diuiuis: vt verificet illud prophete. venient cum exultatiõe portãte manipulos ſuos. vnde apoſtolus ad gala. vlti. Dum tempus habemus operemus bonum: quoniaꝫ iſta vita eſt mors viuentiũ et vita morientiuꝫ: vt inquit aug. ix. ꝯfeſſio. Ideo iob. xiiij. dicebat. Breues dies hominis ſunt et ibidem. vij. Dies mei cõſumpti ſũt abſqꝫ vlla ſpe. vnde augu. de verbis dñi ſermone. xvi. Breuis inquit eſt vita et breuitas ſemp incerta. et ibidẽ ſermone. vij. Quid eſt diu viuere: niſi diu torqueri. et ſermone. iij. Diu viuere quid eſt: niſi ad finem currere. Nam vita iſta ſimilis ẽ morti: vt ponit etiã ſene. ad lucillũ. lxxxiij. Quia quod viuimus proximum eſt nihilo. Si igitur vita breuis et mors ineuitabilis: cur igitur de ſepultura felici nõ ꝯſideramus. quis eſt enim qui viuet et nõ videbit mortem: inquit propheta. Omnes eniꝫ morimur et quaſi aqua dilabimur in terram: vt dicit ij. regum. xiiij. Unde in quodam veteri libello narratur hyſtoria de quodam iuuene qui timore mortis ductus religionem ingreſſus eſt: cuius pater dolens eum acceſſit: et ipo inuito de religione eum retrahere voluit cum tamẽ hoc iuuenis vidiſſet dixit patri ſuo ꝙ faceret quicquid vellet: dũmodo ſue patrie vnam cõſtitutionem tolleret. Cumqꝫ pater interrogaſſet que eſſet illa cõſtitutio: filius reſpondit ꝙ hec conſtitutio erat: ꝙ iuuenes queadmodum et ſenes moriebantur. Quo audito pater in religione ſuũ filium permanere dimiſit. vnde mathei. iiij. Uigilate itaqꝫ: qr neſcitis diem neqꝫ horam. et apoca. iij. Si nõ vigilaueris veniam tanqꝫ fur et neſcies qua hora veniaꝫ. Meditãda igitur eſt dies mortis: vt per vite merita obitum ſanctum mereamur. vnde luce. xiiij. Quis rex iturus cõmittere prelium non prius ſedens cogitat. Nam cogitare debemus vt bene moriamur. et mathei. vi. Theſaurizate vobis theſauros in celo. Nam mundus eſt ſicut illa ciuitas de qua narrat barlaam: ꝙ in illa ciuitate talis erat mos: vt principẽ omni anno mutarent et in fine anni dabant pro premio ſibi vnũ ouum: ipm qꝫ ſpoliabant et exulẽ faciebant. Accidit tamẽ ꝙ quidem ſapiens ibideꝫ pnciparetur: qui audita lege ſua bona atqꝫ diuitias in alienam patriam miſit. Itaqꝫ in exilio poſitus ſe locupletem inuenit. Sic enim nõ in mũdo ſed in celo proficiſci debemus. Illi enim in celeſtibus proficiſcunt qui

nō de preſenti vita:ſʒ de requie poſt mortem meditantur:quoniam ſicut dicit ſeneca li.ij. de natura rerum ca. vlti. Undiqꝫ tela in nos iaciuntur ⁊ omnes reſeruamur ad mortem.

## Ca.viij.de prouidentia futurorꝫ.

SIc viuere congruit vt de futuris diebus cogitemus;vitamqꝫ preſentē ſic tranſire fas eſt;vt de futura precogitemus. Sed amatores huius ſeculi ſolum ꝓ nunc viuere curāt nec ꝺ futura vita ꝓuident. Ideo fame ⁊ ſiti in gehenna inferni cruciant̄; quoniam ſicut dicit̄ iob.xxvij. Diues cum dormierit nihil ſecū affert aperiet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet. ſuꝑ quo gregorius moralium.xviij.dat exēpla de diuite epulone qui ſepultus ē in infernum:vt dicit̄ luce.xviij. ⁊ de ſtulto ꝓponente dilatare horrea ſua cui dictum eſt. Stulte hac nocte repetent dyaboli a te aīam tuā:q2 ſcʒ illa nocte moriturus es;vt dicitur luce.xij. Quid igitur nobis ꝓdeſt ſuꝑbia.ſapientie.v.quaſi diceret ꝙ nihil. Nam ſubito moriemur ⁊ media nocte;vt dicitur iob.xxxiiij. Super quo grego.moralium.xxv. Subitum eſt inquit quod ante non cogitatur. qui ergo dum viuunt:de morte ſeu futura vita nō cogitant ſubito moriūtur qm̄ mors peccatorum peſſima:iuxta ꝓphetam. O igitur mors ꝙ̄ amarā eſt memoria tua homini iniuſto.eccleſiaſtici.xli. Et licet amara ſit eius tamē memoria vtilis eſt;vt peccator cōuertatur.vnde venerabilis beda libro de geſtis anglorū narrat qualiter deus multis oſtendit penas infernales ⁊ gloriam celi vt cōuerterent̄. Aliquādo tm̄ correctionem ⁊ alij deſperationem exinde ſuſceperūt.vnde narrat de quodam fabro qui vidit infernū ſathanan ⁊ demones infernales:⁊ exinde deſperatus ſine penitentia defunctus eſt. Abſit tamē vt illā futuram iehennā ſic formidemus vt etiam futurā gloriam deſperemus. Exemplo beati ſtephani qui mortuus eſt intendens in celum viditqꝫ celos apertos ⁊ gloriā dei:vt patet actuum.vij. Nam qui ſic moriunt̄ licʒ ſm̄ carnem moriant̄:nihilominus vitam amabiliorē ſibi acquirunt.qm̄ mors carnis nō eſt:niſi vmbra mortiſ vt ait grego.moraliū.x. Sed mors illa terribilis eſt qua morit̄ anima ꝑ peccatum. Nam tunc morit̄ corpꝰ quando anima ipm̄ deſerit:ſed tunc moritur anima quādo a deo deſerta eſt:vt inquit auguſtinus.xiij.de ciui. dei.ca.i. Quāto igitur melior eſt deus anim :tanto mors anime magiſ formidanda eſt ꝙ̄ mors corporis.nā ⁊ ſuſanna mortem anime potius ꝙ̄ corporis timuit.vnde danielis.xiij. ipſa dicebat. Melius eſt inquit me abſqꝫ ope incidere in manus veſtras

ꝙ peccare in conſpectu dei. Inſuper auguſtinus.xiij.de ciui. Duplicē mortem deſignat.ſcʒ illā primā que eſt corporis: ⁊ ſecūdam que eſt anime. dicens prima mors animam volentem pellit. ſecunda animā volentem in corpore tenet: ſed tempus veniet ꝙ anima viuere nō poterit deum nō habendo: nec doloribus corporis carere moriendo: qꝛ in inferno mors eſt ſine vita: mors etiam ſine morte: qꝛ eſt ſine fine. De tali morte dicit apocalip.xxi. ꝙ dyabolus miſſus fuit in ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris: vbi a beſtijs ⁊ pſeudo prophete cruciabātur die ac nocte in ſecula: nec tñ ſole pene erunt in flagellum demoniorum: quinimo pena maxima erit a viſione dei beatifica priuari. vnde chriſoſtomus ſup matheū omelia.xxi. Multi iehennam adhorrent. ego autem caſum illius glorie multo amariorem puto: quoniā melius eſt ſuſtinere decem milia fulmina ꝙ faciem illā māſuetam videre a nobis auerſam: atqꝫ dicentem illud mathei.xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Sic igitur viuamus vt poſtmodū mortem huiuſmodi nō incurramus: ſed potius illam ſupernorum vitam conqueſtemus: quam deſiderans paulus apoſtolus ad philippēſes pmo dicebat. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum xpo. Vir enim iuſtus ſperat in morte ſua. prouerbio.xiiij. Et ideo quidam propheta numeri.xxiij. dicebat. Moriatur anima mea morte iuſtorum: tunc enī liberabitur de exilio ⁊ intrabit hereditatem: iuxta pſal. dicentem. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini. ⁊ iob.xi. Cum te conſumptum putaueris orieris vt lucifer. Nam teſte ſeneca epiſtola cēteſima. Mors viri virtuoſi eſt dies natalis eius.

¶ Finit liber ſeptimus.

¶ Incipit octauus qui eſt de ſtatu eccleſiaſticorum. Cuius pmum capitulum eſt qualiter viri eccleſiaſtici debent habere curam de ſubditis in moribus ⁊ ſcientia.

VIri eccleſiaſtici tanꝙ eccleſie vigiles atqꝫ cuſtodes p eius munitione certare debent. vnde iſai.lxi. Sup muros tuos poſui cuſtodes tota die et nocte perpetuo non tacebunt. vnde bernardus ſup cantica omelia.xlvij. Viris eccleſiaſticis ſuadet vt ſint vigiles pro dormientibus ⁊ pro animabus pro quibus rationem ſunt reddituri. Boni inquit cuſtodes vigilant: atqꝫ inſidias explorant pſilia

malignantium anticipant: laqueos deprehendunt: et tendiculas emulatorum diſſipant. Hij ſunt fratrum amatores et populi xpiani qui multū orant pro populo etc. Itaqz de ipis verificari poterit illud. i. ad corinth. iij. Dei agricultura eſtis: dei edificatio eſtis: et ſequit̄ vt ſapiēs architectus fundamentū poſui. Nūc tamē quod lamentandū eſt cū beato bernardo ibidem omelia. lxxv. dicere poſſum⁹ quoniā pauci ſunt qui nō querant q̄ ſua ſunt: ex omnibus caris ſui ſcilicet eccleſie. Diligunt enim munera nec poſſunt pariter diligere chriſtū qui manus dederunt mammone. Unde enim eſtimas talibus rerum affluentiam ſuperare: vtputa veſtium ſplendorem menſarū plenitudinem vaſorū argenteorum et aureorū congeriem niſi de bonis ſponſe. et inde eſt qꝫ eccleſia inops et nuda relinquit̄ nec ſtudent ornare ſponſam ſed ſpoliare nō cuſtodire ſed perdere nō inſtituere ſꝫ pſtituere: nō querunt paſcere gregē ſed mactare et deuorare. dicente domino p pphetam. Qui deuorāt plebem meam ſicut eſcam panis. Ideo hierony. epl'a. xciiij. Obſecro te iterū atqz iterum ne officiū clericatus genus antique militie inuanū aſſumas et ne lucra ſeculi in chriſti militia queras ne plus habeas qꝫ quando clericus eſſe cepiſti. et ſequitur. Procuratores atqz diſpenſatores domorum alienarum: quomodo poſſunt eē clerici qui proprias iubentur ꝯtemnerē facultates. Nunquid enim eccleſiā fraudare ſacrilegiū eſt. aut accepiſſe qd̄ paupib⁹ et eſurientib⁹ erogandū ē. Etenī optim⁹ diſpēſator eſt q̄ nihil ſibi reſeruat. vñ in decreto diſ. xvi. qꝫ cleric⁹ debꝫ eſſe imunis a cupiditate Lamentandū tamen eſt qꝫ viri eccl'aſtici ſuis cupiditatibus populū innocentem affligunt infeſtant et corrumpunt. et licet clericos ſe dicant. inuanis tamen occupationibus laicis p̄feruntur. Quāobrem diuine ſententie iaculum timendū eſt ne cum peccatoribus intereāt. Nihilominus tamen aduertādū eſt quomodo apud gentiles ſacerdotes miniſtriqꝫ templorum viuebant atqꝫ ppl'm moralibus exhortatiōibus inſtruebant. vñ plato in thimeo. lib. i. ait qꝫ qui apud athenienſes ſacerdotijs prediti erāt a ppl'o ſeparatim cōuiuebant ne aliqua pphana cōtagione eorum caſtitas ſeu vita pollueret̄. vnde ſene. in declamationibus recitat quō apud gētiles null⁹ obtinere poterat ſacerdotiū ſi homicidum vl' fornicationē cōmiſiſſet. Sed nunquid ille eſt homicida qui malo exemplo innocentē ſeducit. Nunquid ille pollutus eſt q̄ carnales libidines ſequit̄: atqꝫ delectationes ſectātur. Aut igitur apud gentiles ſacerdotes digniores erāt: aut tempore moderno ſacerdotium pauci merētur. Attendamus igitur hieronimum cōtra iouinianum dicē-

tem. Stoicus inquit vir eloquentiſ-
ſimus de vita antiquorum ſacerdo-
tum loquẽs ait ꝙ omnibus poſtpo
ſitis negocijs ſemꝑ in templo fuerũt
ꝛ rerum naturas atq; cauſas ſyde-
rumq; motus ſtudioſiſſime contem
plabant᷑: ꝛ nunꝙ̄ ſe mulierib⁹ miſcue
runt. nunꝙ̄ cognatos ꝓpinquos vl'
liberos viderũt ab eo tempore quo
diuino cultui ſeruire ceperunt: ac car
nibus ꝛ vino ſemper abſtinuerunt ꝓ
pter tenuitatem ſenſus ꝛ vertiginez
capitis ꝛ libidinis refrenationez. pa
ne raro veſcebant᷑ ne onerarent ſto-
machum: cubile de folijs palmarum
habebant: ꝛ ocio nunꝙ̄ torpebant. ꝛ
ſubdit idem hierony. quomodo euri-
pides refert ꝙ ꝓphete iouis in creta
regione nõ ſolum a carnibus: ſʒ etiã
a coctis cibis quibuſcunq; abſtine-
bant. Inſuper ibidez hieronimus re
fert verba ioſeph. li. ij. ca. xviij. dicen-
tis ꝙ saducei ꝛ pharisei atq; eſei ab
vxoribus ꝛ vino ſemper abſtinebant
ꝛ quotidianũ ieiunium in naturã ver
tebant. Et nominãtur ibidem quidã
alij veteres eorũdem imitatores: ſcʒ
cautes ꝛ aſclepides. Item pigma-
lion narrat ꝙ in oriente eſus carniuʒ
nõ habebatur. ꝛ ambob⁹ narrat quo
modo apud perſas viri doctiſſimi fa
rina ꝛ oleribus tantũmodo vteban-
tur. His ergo exemplis dictis appa
ret: vt ſacerdotes chriſtiani potius
ꝙ̄ gentiles virtutibus floreant quo-
niam duplici honore digni ſunt q̃ be
ne preſunt preſbyteri: vt dicitur pri-
me ad thimo. v. Nempe hierony. epi
ſtola. xcviij. recitat ꝙ ſacerdotes olĩʒ
caſtiſſimi erant virgineſq; veſte ꝛ ap
polini ſeruientes in perpetua ſacer-
dotij virginitate viuebant. Abſit igi
tur vt viros eccleſiaſticos libido ſe-
ducat: ꝛ innocens vulgus ſacerdotũ
exemplo inquinetur.

Cap'm ſcdm de exemplaritate
prelatorum.

Viri eccleſiaſtici ꝛ po-
tiſſime prelati ſi malã
vitam duxerint: ſub-
ditorum mores corrũ
punt. Debent igit᷑ vi-
te ſanctitati orationi quoq; ꝛ bonis
operibus iugiter intendere: quia te-
ſte bernardo. Viri eccleſiaſtici paſce
re debent populum dei orationũ fru
ctibus: ꝛ ꝓ populo dei debent inter-
cedere: ipm quoq; populo deo de-
bent reconſiliari exemplo moyſi: de
quo exod. xxxi. Qui deo dicebat aut
dele me de libro tuo: aut dimitte eis
hanc noxaʒ. Nunc tamẽ prelati vxo-
rem ancille poſtponunt ꝛ ancillã pre
ponunt: quia ſuis derelictis eccleſijs
abſq; magna neceſſitate ſecularibus
occupationib⁹ preintendũt: ꝛ in ſuis
eccleſijs ſi fuerint de ipſius protectio-
ne non ſollicitantur: ſed qualiter ſua
crimina liberius exercere poſſint iu-
giter meditantur. Deberet autez epi
ſcopus ſui nominis attendere inter-

pꝛetationem. Scops enim interpꝛe-
tatur intentio. ⁊ ideo epiſcopus dicit
quaſi ſuperintēdens; Neceſſe eſt aūt
eum qui pꝛeficitur ſuperintēdere; vt
inquit augu. ix. de ci. dei. ca. xix. Epi-
ſcopus ergo nomē habet poti⁹ one-
ris ꝙ honoꝛis. vnde bernardus ad
eugenium li. ij. Nomen inquit epī nō
ſonat dominū ſed ſeruituꝫ. ideo pꝛe
latis actuuꝫ. ij. dicitur. Attendite vo
bis et vniuerſo gregi in quo poſuit
vos deus epōs regere eccleſiam dei
Idem bernardus ad pōtificem ſeno
nenſem inquit. ſm ethimologiam no
minis ille pontifex dicitur qui ſeipm̄
facit pontem inter deum ⁊ ꝓximum
Iſte enim pons ꝑtingit vſq̄ ad deū
quando nō pꝛopriā ſed dei gloꝛiam
querit ⁊ vſq̄ ad pꝛoximū venit quan
do ꝑ pietateꝫ nō ſibi ſed pꝛoximo de
ſiderat ꝓdeſſe. Bonus inquit ponti
fex ſeu mediatoꝛ deo offert ꝑces po-
puloꝛum benedictionem et gloꝛiam
deo imputat; ⁊ pꝛo exceſſibus delin-
quentium maieſtatē eius inuocat at
q̄ peccatoꝛes ꝓ diuina iniuria pu-
nit; nec de ſuis operibus lucrum; ſed
dei gloꝛiam expectat. Inſuper hiero
ny. epl'a. c. loquens ad epm̄ nomine
generali. Domus tue cōuerſatio cō-
ſtituta eſt in gratia publice diſcipli-
ne. quicquid feceris omnes faciendū
eſſe putant. Caue igitur ne malum
cōmittas; quoniam qui repꝛehende-
re volunt repudiantur; ſi delinquen-
tes foꝛe videantur. ⁊ ſubdit. Subue
nire pauperibus; viſitare languētes
gaudere cū gaudentibus; dꝫ ſcꝫ pꝛe-
latus etiam ſit cecoꝛum baculus; ſtu
dentium cibus; ſpes miſeroꝛum; ſo-
latium lugētium. Ex his igitur pa-
tet qualiter pꝛelatus etiam ab inter-
pꝛetatione nominis de ſua ſponſa ec
cleſia curam habere debet. Sed nūc
illud apoca. iij. verificatur. Nomen
habes ꝙ viuas ⁊ moꝛtuus es; quia
ſcilicet nomen ſanctitatis habent ꝑ-
lati; ⁊ moꝛtꝭ opera in ſe ⁊ in ſuos ſub
ditos exercent. Et licet omnia vitia
in pꝛelato turpia ſint. illa tamen ma-
gis ſunt cauenda in quibus ancilla
ſcꝫ caro dominatur; videlicet gula ⁊
luxuria; qꝛ inter vitia magis infamia
ſunt; ⁊ per talia pꝛelati eccleſie maie
ſtatem magis offendunt. ideo apo-
ſtolus dicebat ꝙ nō opoꝛtet epiſco-
pum eſſe vinolentum. id eſt vino ple
num. Super quo verbo hierony. epi
ſtola. xlij. Vinolenta inquit cōmeſſa
toꝛumq̄ exceſſus in pꝛelatis nō ſint;
qm̄ venter mero eſtuans de facili di-
ſpumat in libidinem. nam in vino eſt
luxuria. qui aūt luxuriatur moꝛtuus
eſt viuens. qui aūt inebꝛiat moꝛtuuſ
et ſepultus eſt. Nunquid noe ad vni
us hoꝛe ebꝛietatem femoꝛa nudauit
qui per ſexcentos annos ſobꝛietateꝫ
ꝓtexerat. geñ. x. Nunquid loth neſci
ens quid faceret libidini ſe miſcuit; ⁊
inceſtum cōmiſit quē ſodoma nō vi-
cerat vina ſubegerunt; vt dicit geñ.
xviij. Quapꝛopter ſacerdotibus le-

galibus bibere vinum ꝓhibitū erat vt patet leuitici.x. Ad deſignandum ꝙ ꝑlati ⁊ ſacerdotes noue legis ſobrij eſſe debēt. vnde luce.xxi. Ne grauentur corpora veſtra crapula ⁊ ebrietate. vnde gregorius moraliū p̄mo Cum inquit maiores voluptati deſeruiunt nō mirum ſi in minoribus laſciuie frena laxantur. Dum īquit vos ſcʒ prelatos letos aſpiciūt ſcʒ ſubditi: ipſi tunc ad illicita reſoluunt̄. vnd̄ li.ij. de vitis patrum parte.x. legitur ꝙ abbas quidam dictus vatita poſt ꝙ fuit factus ep̄s vitam aſperiorem quā prius ducere cepit: ⁊ cur hoc faceret cum interrogaret̄: reſpondit. Dum inquit eſſem in heremo corpuſculum meū gubernare volebaʒ ne infirmaretur: nunc aūt qꝛ in ſeculo ſum poſitus: aſſunt exceſſuuʒ occaſiones plurime. ideo eſt maxime abſtinēdū Nam ⁊ ſi infirmari cepero aderunt ſuccurrentes. Simile etiam legitur eodem li. parte.i. de abbate opi qui ep̄s factus vitam quā in heremo prius duxerat nō pretermiſit: deo tamē reuelāte vite ſue aſperitates quodā modo mitigauit. Hec igitur oīa deſignant qualiter ꝑlati ancillam ſcʒ opera carnalia ſeu quecunqʒ ſecularia ſuis eccleſijs poſtponere debent vt bonis exemplis ſibi ſubditum populum dirigant. iuxta illud numeri xviij. Excubate in cuſtodia ſanctuarij ⁊ in miniſterio altarꝫ ne oriat̄ indignatio ſupra filios iſrael.

## Ca.iij. de electione prelatorum.

PRelatus vices dei gerit. quāobrem vocatione dei ſublimari debet. vnde ap̄ls ad hebreos.v. Nemo ſibi ſumat honorē: niſi qui vocat̄ a deo tāꝙ aaron. Quid tamē dicemus qꝛ apoſtolus.i. ad thimo.v. dicit ꝙ ſi q̇s epiſcopatū deſiderat bonū opus deſiderat. Attendamus enim qualiter ap̄lus ep̄atum bonum opus vocat quaſi dicat ꝙ qui vult epiſcopari debet bene opari. Sed plurimi volunt ep̄i vocari: qui tamē nō curant veridice epiſcopari. Naʒ ſicut dicit aug. li.v. de ciui. dei ca.xix. Ille nō eſt bonus ꝑlatus nec ep̄s qui nō proficere ſed ꝑferri querit. Inſuper hiero. ep̄la xliij. Epiſcopatū deſiderat qui nō dignitatem ſed laborem querit: nō delitias: ſed opus ſic ꝙ humilitas non decreſcat: nec per faſtigium dignitatis ip̄e intumeſcat. vnde eccl'aſti. vij. Noli querere fieri iudex: niſi valeas virtutibus irrumpere iniquitates vnde greg. xxi. moraliū. Sancti inq̇t viri cū ꝑſunt nō in ſe p̄tātem ordinis ſed equalitatē cōditionis attendunt: nec preeſſe gaudent hoībus ſed prodeſſe. ſciunt enim ꝙ antiqui patres nō ſolū reges hoīum: ſed etiā paſtores pecorū fuiſſe cōmemorant̄. Cur eni de tua dignitate audes ſupbire. nunquid non in vtero te fecit qui ⁊ illum

operatus eſt.iob.xxxi. Omnes enim
nature vnius ſumus. Nam grego.
vbi ſupra ꝯcludit. Manu inquit hu-
milime ꝯſiderationis deprimendus
eſt tumor elationis, vñ iob.xiiij. Ele-
uaſti me ⁊ quaſi ſupra ventū ponēs
eliſiſti me valide: ſcio tamē q̄r morti
trades me. O ꝙ humilis conſidera-
tio in prelato ſi fuerit, ideo propheta
dicebat. Neqꝫ ambulaui in magnis
neqꝫ in mirabilibus ſuꝑ me. Nam te-
ſte greg. moraliū.xx. Mundana fe-
licitas tanq̄ aura ſubleuat: vt repen-
tine deterius ⁊ infimus ſternat, ⁊ idē
grego. moraliū.xvij. Quāto inquit
altius quis erigitur: tanto curis gra-
uioribus oneratur: illiſqꝫ ppl'is men-
te ⁊ cogitatione ſupponiť quibus di-
gnitate ſupraponitur. Homo inquit
in ſublime eleuatus tantos ſuper ſe
ſuſtinet quātos ſuppoſitos regit. et
ibidem cōcludit. Ipſa inquit occupa-
tio ſecularium dignitatum: tanto fe-
licioribus vitijs premitur quāto ma-
ioribus curis grauať. Quapropter
anſelmus li. de ſimilitudinibus capi.
xxv. Prelatos ambitioſos cōparat
pueris venātibus papiliones qui dū
ſequuntur illos in foueā cadunt. Ex
quibus concludiť ꝙ quilibet prela-
tus in nomine. ſcꝫ ⁊ in fama virtutū
creſcere debet. Quapropter conclu-
dit hugo ꝙ canones rationabiliter
diffiniunt nullū eſſe in epiſcopum eli-
gendū: niſi prius in ſacrꝭ ordinibus
fuerit religioſe cōuerſatus. Plures
tamen inſipientes ſunt viri qui vita
maculati ad preſidium ſublimantur
⁊ quod deteſtandū nimis eſt ad pre-
ſidentiam tanq̄ ad patrimoniū cur-
ritur veterumqꝫ exempla negligunt
Animaduertamus enim quomodo
ambroſius in epiſcopū electus om-
nino recuſauit. Nunquid mulieres
publicas in ſuaꝫ domum ingredi fe-
cit: vt illis viſis electio reuocaretur.
Nunquid fugā accepit: ſed ꝓditus
a leuntio reuerti coactus eſt: vt in ipi-
us vita legitur. Nunquid grego. fu-
git electus: ſed columna fulgida ſuꝑ
ip̄m deſcendente cognitus eſt. Nun-
quid beatus marcus pollicē ſibi ab-
ſcidit: vt indignus ſacerdotio habere-
tur: vt diciť li.ij. qui dicitur paradi-
ſus. Nunquid beatus ammonius cū
fuiſſet electus in epiſcopū ⁊ ad bene-
dictionem duceretur: euadereqꝫ non
poſſet aurem ſuā ſiniſtram ferro re-
ſecauit dicens. Nunc inquit proba-
tur nō poſſe quod cupitis compleri
q̄r nullus aure preciſa debet ordina-
ri, cui dorotheus ep̄s reſpōdit. Lex i-
quit iſta iudeoꝝ eſt. ſed ego inquit vi-
rum aurib⁹ truncatū moribus ꝓbuꝫ
nō dubito facere ep̄m. Cū ergo vim
inferrēt beatus ammonius reſpōdit
Si me inq̄t vltra cogeritis etiaꝫ lin-
guā meā ꝓpť quā mihi moleſti eſtis
abſcindā: ⁊ tūc ip̄m dimiſerūt. inſuꝑ
li.iij. hyſtorie triptite ď quodā mona-
cho legiť ꝙ elect⁹ i ep̄m recuſabat: ſꝫ
theophil⁹ ſibi ſuadebat. videns igiť

monachus ꝙ euadere nō poſſet; ad
ſe veniētibus reſpondit, Cras inquit
determinabit quid ſit faciendum. vñ
in craſtinum fuſa oratione migrauit
Si igitur viri ſancti ꝑlationē recuſa
runt. Cur igitur peccatores etiā pu-
blici ꝑlationem queſitant. Nam te-
ſte grego. in ſuo paſtorali. ca. ix. Vir
tutibus etiam pollens ad regimē co
actus accedere debet. ⁊ idem greg.
in quadam epl'a ad ſenonēſem archi
epm. Multi inquit nō tanta fiducia
⁊ alacritate currerent ad honores; ſi
ſentirent onera grauia ſi metuerent
periculū dignitatis; ſed ambitio inſa
tiabilis eſt; ⁊ de gradu in gradū ſcā-
dere petit. Ve tñ qui cōiungitis do-
mum ad domū. Abſit igit' vt fiant ꝑ
lati niſi q̄ meliores ſunt; vt debitos
ſuſcipiant a ſubditis honores.

Ca. iiij. quomodo nō debet eligi
fauorabiliter prelatus.

PRelatus curam gerit
aīarum aut gerere de
bet, Quāobrez ipſius
electio nō fauore: ſed
ſola charitate fieri de-
bet ſic vt eligatur nō qui dilectior ſꝫ
qui melior aut cōmodior videt'. Nā
hec eſt voluntas dei vt ille ꝑſideat q̄
melior publiceq; vtilitati cōmodior
eſt, vnde hieronymus epiſtola. xliij.
Electio inquit facienda eſt nō ob ali
quam cōmoditatem tēporalem eli-
gentium vel emolumenti ſpem nec
ob humanā interceſſionem vl' ſuaſio
nem vl' cōminationem nec ob inordi-
natam affectionē ad ꝑſonam eligi-
bilem ſiue carnalem affectionē, ſed
ſunt eligēdi ob diuini honoris cumu
lationem ob eccleſie dei vtilitatem
ob ꝓfectus ſiue vtilitatis animaruꝫ
ſpem; ⁊ ob morum ipſius eligendi at
q; virtutū ꝑfectionem. Hoc etiaꝫ ſa
tis notatur in decreto. xxv. q. vi. di.
Quāobrem grego. moralium. xxiij.
Curam inquit aīarum ſuſcipere non
ꝑſumant; niſi qui bella temptationū
ſubegerint. vnde dñs ad moyſem le-
ui. vi. ait. Congrega omnē cetum ad
oſtium tabernaculi in electionē aaro
⁊ filiorū eius; vt ſciant omnes ꝙ qui
preſtantior eſt ex omni populo q̄ do-
ctior ſanctior ⁊ virtutibus eminenti-
or; ille eligatur ad ſacerdotium. ſuꝑ
quo ait origenes. Illi inquit qui eli-
gunt alijs modis ꝙ predictꝫ timeāt
dei iudicium atq; ſibi imputēt dam-
num ſiue ꝑditionem aīarum ⁊ ruinā
eccleſie dei que deſtruit' ꝑ inſtitutio-
nem mali ꝑlati, vnde grego. in dialo-
go li. iiij. ca. xxxix. narrat de paſcaſio
qualiter erat in loco penarum. ⁊ cuꝫ
interrogaretur cur hoc eſſet reſpōdit
ꝙ nulla alia cauſa erat; niſi q2 cōſen
ſerat in partem laurentij cōtra ſima-
machum ipm eligendo in prelatum
Quapropter grego. in regiſtro lib.
primo ait. Neceſſe eſt vt omnes cul-
pas ⁊ negligentias ſibi imputet ꝙ

miniſterium virtutis infirmo cõmiſit
Sicut igit̃ ꝑlatus eligendus eſt:vt
bene agat:ſic pariter electionem ac-
ceptare nõ debet:niſi vt in deo ꝓfici
at ⁊ hoc cum humilitate ⁊ tremore.
vnde augu.xi.de ciui.dei.ca.xix. Nõ
eſt inquit in acceptatione amandus
honor in hac vita:ſed opus quod ꝑ
eundem honorem fit vl' potentiam.
ideo apl'us dicebat Qui epiſcopatũ
deſiderat bonum opus deſiderat:qꝛ
epatus nomẽ eſt opis ⁊ nõ honoris:
vt ſupra dictum eſt.quapropter gre
go.in ſuo regiſtro li.vij.ait ꝙ ſicut lo
cus regiminis deſiderãtibus eſt ne-
gandus:ſic fugientibus eſt dandus
ne quis ſumat ſibi honorem. ⁊ ibidẽ
li.ix. Qui ambit aut ſe ingerit ꝓcul-
dubio repellẽdus eſt:ideo ꝙ nititur
ad altiora aſcendere. Congruit igit̃
vt in creſcendo decreſcat:⁊ in aſcen-
dendo deſcẽdat. Qui igitur eligitur
dicat ꝙ doceat ⁊ informet quod te-
neat.nam caſum appetit qui ad ſum
ma loci faſtigia poſtpoſitis gradibꝰ
per abrupta querit aſcenſum.hec ille
ideo iſaie.vi.dicitur.Ecce ego mitto
me:quaſi dicat ꝙ nullus debet ex ſe
ꝓſumere.ideo greg. in ſuo paſtorali
lib.ij.ca.vij.Nullus inquit ſe extollat
ex electione:ſed magis ſe humiliet.
⁊ bernardus in epiſtola ad epiſcopũ
ſenonenſez.Nolit inquit altum ſape
re:quia altum ſapere difficile eſt:et
omnino inuſitatum:⁊ quãto inuſita
tius tanto periculoſius. Non ergo
felicez ſe putet qui alijs preeſt. vnde
auguſtinus epiſtola.lxvi. Pete in-
quit vt cogites nihil eſſe hominibus
in hac vita:⁊ hoc tempore felicius le
tius ⁊ acceptabilius epiſcopi aut ꝑ-
ſbyteri aut diaconi officio.ſi tamen
nõ preſumptuoſe aut adulatorie res
agitur:ſed nihil apud deuz miſerius
triſtius ⁊ dãnabilius ſi male fiant.

Ca.v.de moribus ſacerdotum ⁊
aliorum eccleſiaſticorum.

SAcerdotes dicti ſunt
quaſi ſacra dantes.iõ
ſacram debent ducere
vitaz.iuxta illud iſay.
li.Mundamini q fer-
tis vaſa domini:qꝛ tamen preſbyteri
a ſanctitate eis debita recedunt:idõ
iugo indebito deprimunt̃.nam leui.
xxi.dicitur ꝙ ſacerdotes ſancti ⁊ im-
maculati eẽ debẽt:⁊ qui habeat ma-
culam nõ debeat offerre panes:vt ſi
cecus vl' claudus eſſet. Super quo
grego.in ſuo paſtorali li.ij.ca.xi. Ce
cus eſt inquit qui diuine contempla-
tionis lumẽ ignorat. Claudus autẽ
eſt qui viam vite nõ valet tenere.idõ
apoſtolus ad roma.xiij. Monet ab
ijcere opera tenebrarũ ⁊ induere ar
ma lucis. Illi enim ſacerdotes ar-
ma lucis induunt qui in virtutibus
ꝓficiunt.nam teſte hieronymo epi-
ſtola.xxxij. Clericus dicitur a cleros

grece quod quod eſt ſors latine: et p
pterea vocantur clerici: quia de ſorte
domini ſunt aut quia dominus eſt ſors
eorum ſcilicet poſſeſſio. Clericus igi
tur talē ſe debet exhibere vt poſſide
at dn̄m et ipſe poſſideat a dn̄o. hec il-
le. vnde hugo li. ij. pte. iij. ca. iij. Si-
gnaculum inquit clericorum eſt corona
qua ſignatur clericus deputatus ad
officium dei ſeu miniſteriū cui ſeruire
regnare eſt. Nam corona regale de
cus eſt quod nō immerito dat. iuxta
illud prime petri. ij. regale ſacerdoti-
um etc. Et ibidem ſubdit hugo quod ca
pitis coma clerico in modum corone
tondet et ſummitas capitis deſup de-
nudatur: vt per hoc detur intelligi quod
ad regiam poteſtatē aſſumitur: et vt
reuelata facie gloriam dn̄i dei cōtem
pletur. h ille. Quapropter clerici co-
mam nutrire phibent: vt patet de-
creto di. xxiij. Clerici comati. A ſolli-
citudinibus igitur tpalibus eximun-
tur ne vanitatibus mentes eorū im-
pediantur. vnde hieronymus epiſto
la. xxxiij. Negociatorem inquit cleri
cum tanq̄ peſtem fuge: quia nemo mi-
litans deo implicat ſe negocijs ſecu-
laribus. et ideo de ipſomet hierony.
refert policratus li. viij. ca. xiij. quali-
ter a menſa ſua tres clericos excluſit
quia incompoſiti erant. Dicebāt eni
viro honeſto et graui nō licere in eius
cōſortio aliquem incōpoſitum habe
re. Inhoneſtum igitur eſt aliquem ſe
clericum profiteri et vanis occupatio

nibus detineri: ne de clericis verifice
tur illud trenorum. iiij. qui nutrieban
tur in croceis amplexati ſunt ſterco-
ra. Nunquid olim ſacerdotes naza-
reorum ob vite cōtinentiam caput ra
debāt et capillos in igne ſacrificij po
nebant: vt dicitur nume. vi. Illi enim
moraliter capillos radunt qui tēpo-
ralia mēte deſerunt et tunc ſacrificāt
quando deo famulari diſponūt. hec
enim omnia corona clericalis deſi-
gnat. Nunc tamē clerici ſuam voca
tionem ptermittunt. et ideo in ſubie-
ctiones plurimas incidunt: ſed apud
egyptios ſacerdotes omnia reliq̄ue
runt. et ideo exemi ſicut dictum eſt a-
pud pharaonē meruerunt. vn̄ hiero.
ad euſtochium epl̄a. lxxxiiij. narrat quod
in egypto tria fuerūt genera mona-
chorum. ſ. cenobitarū qui in cōmuni
viuebāt anachoritarum q̄ ſoli in deſertis
habitabant. et aliorū quorum genus di-
cebatur in lingua egyptia enuch: qui
bini vel trini habitabant ſimul. Et de
primis ſcilicet cenobitis loquēs hie-
ronymus dicit quod nullus in cibo erat
ſtrepitus: ſed pane et leguminibus
paſcebantur ſoliq3 ſenes vino vtebā
tur. Aliaq3 plurima laudabilia nar-
rat philo. prout allegat hieronymus
De alijs vero ſcilicet anachoritis nar
rat ioſephus quod acerbiſſimam vitam
duxerunt. Clericorum igitur et ſigulā-
ter religioſorum vacatio eſt ad diui-
num cultum: et non ad mundanum
occupamentum. vnde anſelmus li. ij.

De ſimilitudinibus narrat in ſomnis
ſe vidiſſe angelū dei deſcribentē ſibi
quis eſſet verus monachus, ⁊ cōclu-
dit ibidem ꝙ verus monachus eſt q̇
locum ſue habitationis ꝑpetuum eli
git: in quo perpetuo habitare diſpo-
nit. Sed nunquid lamentādum eſt
ꝙ viri eccl'aſtici atqꝫ religioſi mun-
do ſe renunciaſſe dicunt: ⁊ tñ curis tē
poralium maxime intendūt nō atten
dentes verba beati bernardini quo-
dam ſermone dicentis: ꝙ natus fili-
us dei elegit pauperem domū ⁊ te-
nuit paupꝛtatis formā. Aut igit' mun
dus vl' deus fallitur ⁊ errat: ſed diui
nam impoſſibile eſt falli ſapientiam
Melior eſt igitur ſtatus ille quē ele
git. ⁊ idem bernar. in ſermone de vi-
gilia natalis dñi. Quid inquit paup
tate ditius: quid p̄cioſius qua regnū
celorum emitur ⁊ gratia acquiritur.
vnde hiero. epl'a. cxvi. Apoſtoli inq̄t
gloriantur ꝙ oīa dimiſerunt ⁊ ſecuti
ſunt ſaluatorē. Nunc aūt viri eccl'ia-
ſtici xp̄m ſequunt' vt munus accipiāt
aut vt liberius ſua deſideria impia
adimpleant. verūtamen math. v. dici
tur. Beati paupes ſpū qm̄ ipſorum
eſt regnum celorū. ⁊ mathei. xix. dici
tur: Si viſ pfectus eſſe vade ⁊ ven-
de oīa que habes ⁊ da pauperibus ⁊
ſequere me. Mundo igit' ſpreto de-
bet vir religioſus tanꝙ agricola ſuā
aīam excolere. ſcꝫ vitia extirpare: et
virtutes inſerere. vnde apuleius li.
de deo ſocratis dicit ꝙ ſicut volens
acute videre purgat oculum: ſic de-
ſiderans in virtutibus proficere de-
bet colere animum. Quapropter au
gu. de verbis dñi ſermone. xij. Quid
inquit ꝓdeſt plena bonis archa ina-
nis cōſcientia: bona vis habere ⁊ bo
nus eſſe nō vis. Erubeſcere igit' de-
bes de bonis tuis ſi domus tua ple-
na eſt bonis ⁊ te malū habet. ⁊ ibidē
cōcludit. Bona exteriora ſi poſſent
contra peccatorē ad dñm clamarent
iuxta illud abachuc. ij. Lapis de pa-
riete clamabit. Quid enim prodeſt
ſtulto habere diuitias cuꝫ ſapientiā
emere nō poſſit. eccl'aſtici. v. Nō igi-
tur diuitias ſed ſapientiam ⁊ virtu-
tes acquiramus: vt eximi promerea
mur: ⁊ improperijs hominum nō ex-
ponamur. iuxta ꝓphetam dicentem
Nolite tangere xp̄os meos. Et in ꝓ
phetis meis nolite malignari.

Ca. vi. de continētia virorum ec-
cleſiaſticorum.

Viri eccl'aſtici ad h' de-
putati ſunt: vt in caſti
tate deo famulentur.
Quale enim erit obſe
quiuꝫ tuū: ſi mens tua
polluta fuerit: aut quō ſacrificiuꝫ of-
feres deo ſi tua vita maculata exti-
terit: ſit ergo vita tua cōtinens ⁊ im
maculata vt deo ꝓ te ⁊ pro alijs pla
cere poſſis. Sed vnde eſt ꝙ eccl'a tā
tis luxurijs inquinat'. Quis concubi-

nagia ita ſeminauit. Reuera eſtimo ꝙ cōſortia cōuiuia colloquia cū mulieribus ſolita viros eccleſiaſticos a cōtemplatione retardātes voluptate ⁊ laſciuia corruptiſſima inficiunt. Attendamus enī quid dicat hiero. Gladius inquit igneus ſpecies mulieris. nam qui tangit piſcem coinquinabit ab ea. vnde aug. dicit ꝙ aſper ſermo atq; rigidus atq; breuis ſemper cū mulieribus eſt habendus; q2 mulier ſi audiat amicabilia: tunc ſurgit vt hoſtis demollitur hoīem dep̄datur mentem; inclinat animū; atq; mentis ſtatū effeminat; corpus eneruat; burſam euacuat; rōnem cōmaculat; primum ſcandalizat ⁊ deum negligit. vnde bernar. li. i. de contemptu mundi ſic inquit. Colloquiū mulierum nō niſi virus amarꝫ. Prebēs ſub mellis dulcedine pocula fellis. Nam decor illarum laqueus fallax animarū. Illaqueāt ſtultos ducunt ad tartara multos. vnde chriſoſtomus in ſermone ꝺ chananea dicit ꝙ mulier eſt caput peccati; arma dyaboli; expulſio paradiſi; corruptio legis a qua ſi cauere cupis fuge illam q2 vt ſerpens inficit ⁊ venenat. vnde in vitis patrū li. ij. parte. iiij. legitur qualiter ſancta mulier monacho cuidam moniales intuenti dicebat. Si inquit monachus ꝑfectus eſſes nos ita nō reſpexiſſes. Item ibidem parte. ij. de arcenio abbate legitur ꝙ cū mulier ſibi poſtularet vt in oratione haberet memoriam eius. ipſe reſpondit. Rogo inquit deum vt ipſe auferat memoriam tuam de corde meo. Item ibidē parte. iiij. legitur de muliere ſancta in monaſterio egrotante que nō ꝑmiſit vt frater ſuus eā viſitaret: ne ipius occaſione inter feminas ſtaret. vnde dixit ei. Uade frater ora ꝓ me: q2 xp̄o annuante videbo te in regno celorum. Aug. li. de cura pro mortuis agenda narrat de iohanne nobili monacho qui habuit ſpiritum ꝓphetie: qui cū videret mulieres q̄ſdam infectas eē vt ip̄m viderent tūc dixit. Eamus vbi nō eſt mulier. Ex his ergo patet qualiter fugienda eſt libidinis occaſio. ideo apoſtolus ad roma. viij. dicebat. Non eſtis in carne ſed in ſpiritu.

## Ca. vij. de moribus prelatorum.

PRelati vices chriſti gerunt. Dedecus ergo magnum eſt ſi ꝯtradicant dn̄o a quo cōſtituti ſunt: non vt in terrenis imitar; ſed vt bonis moribus ppl'm dei ꝯſtruant. vnde hugo li. i. ꝑte. viij. ca. xviij. dicit ꝙ ep̄i vtunt̄ ſandalijs que ſunt calciamēta p̄latorū ne terrenis polluant̄ baculo vtuntur vt rebelles corrigant qui recuruus ē vt mites retrahāt ꝯſolabiliter ornātur anulo: vt eccl'am ſanctā ſponſaꝫ ꝯfiteant̄. ⁊ ibidem ꝯcludit hugo ꝙ

veſtimenta ſacerdotum τ prelatorū virtutes eis debitas deſignant. tunica mundiciā: zona continentiā ſtola patientiā caſula charitatem τ hmōi. Sed ꝓh dolor multi nunc nec virtutes habent: nec de ſubditis ſollicitantur. iuxta illud zacharie. xi. O paſtor τ ydolum derelinquas gregem vnde in tractatu de. xij. abuſionibus ꝑlatus negligens numeratᷣ. O quanta abuſio: qꝛ ſe dicunt rectores: nec tn̄ regunt: ſed de tpalibus tm̄ curaȝ accipiunt cōtra exhortationem bernardi li. iiij. ad eugeniū dicētis. Memento inquit ſaluatoreȝ iudam economuȝ habuiſſe. Quid epō turpius ꝙ incūbere ſupellectili τ ſubſtantiole ſue: oīa ſciſcitari de ſingulis morderi de ſuſpitionibus moueri ad queqꝫ deperdita. Attendat enim ꝑlatus qualiter phutiphar oībus traditꝫ ioſeph: quid haberet in domo ſua neſcinit: vt dicitᷣ geñ. xxxix. Alius igitᷣ temporalia diſpenſet τ tu de diſciplina ꝓuide: illud nemini tradas ſed ſuper moribus manū vlciſcenteȝ adhibe. Ut qd enim diuino cultui viri deputantur ſi pre ceteris deo nō famulantur. Unde exodi. xviij. Prouide tibi viros de omni plebe potentes τ timentes deū. exemplo pharaonis q̄ noluit cōmittere pecora niſi viris doctis: vt patet geñ. xlvij. Nunc tn̄ verificatur illud iſa. iij. Dabo pueros pn̄cipes eoꝝ. nam prelati pueri ſunt: qꝛ neſcij τ inexꝑti cōperiuntᷣ. Attendat enim prelatus ꝙ architector fundamentum ꝓſpicit: grandeſqꝫ lapides in fundamēto ponere ſolet ſicut fecit ſalomō. iij. reg. v. Lapideſ. n. grādes viros virtuoſos religioſos deſignant ſup quibus eccl'ia fundata eſt. iuxta illud ad ephe. ij. Supedificati eſtis ſup fundamentū apl'orum τ ꝓphetarum. hij colūne erant: vt dicitᷣ ad galatas. ij. Nunc tn̄ eccl'e dici pōt illud iſay. xlix. Uenerunt ſeruitores tui deſtruentes te. Merito igitᷣ bernar. miratᷣ li. iiij. ad eugeniū. Cur prelati tot inueniūt. quibus curā aīarum cōmittant: τ tn̄ inuenire nolunt quibus ſuas facultates in curam exhibeant. Uerūtamen ars artiū eſt regimē aīarum: vt ponit grego. in ſuo paſtorali li. i. ca. i. Ad huius ergo regimē exercendum ſapiām τ virtutē habere ꝙ maxime neceſſe eſt. Fortaſſis auteȝ aliqui pretermiſſo ſapie ſtudio ſolis facultatibus intendunt. Uerūtamē teſte aplo. ad thimo. Oportet epm̄ nō eſſe auarum.

Ca. viij. de oratione facienda: ſic vt vnus oret pro alio.

QUid oratione efficacius. Reuera nihil. vnde luce. xi. dicitᷣ. Si quis pſeuerauerit pulſans. et ſubditᷣ. Surget et dabit illi. τ ad thimo. ij. Uolo inquit vos orare in omni loco leuantes pu-

ras manus. Tunc enim manus ſunt
eure quando ꝯſcientia munda: ⁊ tūc
oratio magne eſt efficacie. vnde pri-
me iohannis. iij. Si cor noſtrum nō
reprehēderit nos: fiduciam habemꝰ
qꝛ quicquid petierimus accipiemꝰ.
⁊ iohā. xvi. Si quid petieritis patre
in noīe meo dabit vobiſ. vnde treno.
iij. Leuemus corda cū manibus. ſuꝑ
quo greg. dicit ꝙ ille cum corde ma-
nus leuat: qui oratione̅ ſuā opibus
roborat: qm̄ virtus orationis eſt cel
ſitudo charitatis: vt dicit greg. li. ij.
ſuꝑ euangelium omelia. vij. Nempe
xp̄iani tanꝙ fratres orationibus: et
alijs munimētis ſp̄ualibus ſe debēt
iuuare ne ab hoſte diſſipent̄: qm̄ de-
bemus oīa ponere pro fratribus: vt
dicit̄ ioh. iij. Si eni̅ vnus ꝓ alio in-
terceſſerit tunc ꝯgregatio chriſtiano
rum erit terribilis: vt caſtrorū acies
ordinata. canti. vi. ſuper quo grego.
li. ij. ſuꝑ ezech. omel. vij. Tunc inquit
acies eſt ordinata: quādo in nullo ē
interrupta oratio: ⁊ qn̄ per inimiciti-
as locus nō vacuatur locus nō diſſi-
patur. Nam ſi ꝑ charitatem fideles
vniant̄: tunc malignus hoſtis ingre
di nō valet. Cur eni̅ voluit deus vt ex
vno hoīe totū genꝰ humanū diffun-
deretur: niſi qꝛ vult ꝙ oēs hoīes ſibi
adinuice̅ adhereant ⁊ vniant̄ vt inq̇t
augu. xij. de ciui. dei ca. xxi. Nā cha-
ritas multos animos vnū ⁊ multa
corda vnum facit: vt inquit idem au-
guſtinus ſuper Iohannem omelia
lxxxiij. Nunc tamen hominū corda
diuiſa ſunt: nec vnus alteri ſuccurre-
re curat: nec in temporalibus nec in
ſpiritualibus ſubſidijs: quibus p̄ma
ioh. iij. dicitur. Qui habuerit ſubſtā-
tiam huius mundi ⁊ viderit fratrem
ſuū neceſſitatem hr̄e ⁊ clauſerit viſce
ra ſua ab eo quomodo charitas dei
manet cū illo: quaſi dicat ꝙ nō: vnde
ad ephe. iiij. ſupportātes inuicem in
charitate. Illi eni̅ in charitate ſe ſup
portant qui corporis neceſſaria ſibi i̅
uicem exhibent ⁊ deuotis orationi-
bus pro alienis delictis ꝙtum in eis
eſt deum mitigant. Legimus enim
apud antiquos tantam fuiſſe erga ꝓ
ximos dilectione̅ ꝙ pro ſalute proxi-
morum nō ſolum orare: immo etiam
quecunq̧ flagella tolerare diſpone-
bant. vnde in li. qui dicitur paradiſus
legitur de ſerapione qui alio noīe di-
citur ſindonius: ꝙ ſe vendidit paga-
nis precio. xx. ſolidorum ⁊ eis ſerui-
uit donec ip̄os ad legem chriſtianam
conuertit. Cumq̧ igitur ab eis rece-
deret pecuniam reſtituit. Illi autem
ſuadebant vt pauperibus eam da-
ret: ſed ip̄e renuit dicens date eam
vos: qꝛ nō mea ſed veſtra eſt. De eo-
dem etiam legitur ꝙ manicheo cui-
dam ſe vendidit cui ſeruiuit ⁊ tādem
eum conuertit. Si igitur proprium
corpus pro ſalute proximorum ve-
teres expoſuerunt: nos merito ⁊ per-
amplius orationes impendere debe-
mus. vnde apoſtolus. ij. capi. vltimo

dicebat. Ego libentiſſime impendā ⁊ ſupimpendar ꝑ animabus veſtris Nempe fas eſt vt aduertamus q̄m abraham ſemꝑ ſollicitus fuit altare dn̄o edificare: eiuſq; nomen inuocare: ſic vir chriſtianus preces dn̄o effundere ſollicitus eſſe debet: q̄m teſte augu. ep̄la. xlvij. Oratio vitā beatam facit quā omnes appetūt. Quid eni aliud oportet orare niſi quod cupiunt omnes. ⁊ ſubdit. Oratio plus gemitibus q̄ ſermonibus agit̄ plus fletu q̄ affatu. Abſit in oratiōe multa locutio: ſed nō deſit feruens intentio. vnde iob. xxxi. dicebat. Quis mihi tribuat adiutorem: vt deſiderium meū omnipotens audiat. ſuper quo grego. xxij. moralium. Uera poſtulatio nō eſt in oris vocibus ſed in cordis cogitationibus apud aures dei nō faciunt verba ſed deſideria. Ideo de moyſe exodi. xiiij. dicitur. Quid clamas ad me quaſi dicat q̄ clamor nil prodeſt. Et de anna primi reguꝫ p̄mo dicitur q̄ orabat ⁊ nō loquebatur. vnde mathei. vi. Intra cubiculū tuū ⁊ clauſo oſtio ora patrē tuum. nā in vitis patrum parte vltima legitur q̄ iulianus apoſtata miſit quendam demonē vt portaret ei quoddam reſponſum: qui demon trāſiens per locum vbi erat probus monachus vlterius trāſire nō potuit: eo q̄ dictus monachus orabat: q̄ cuꝫ audiuiſſet iulianus dicto monacho cōminabatur: ſed ip̄e iulianus cito interempt⁹ eſt. Oratio igitur demonē vicit atq; ſuperat. Debemus ergo ſine īntermiſſione orare ⁊ nō deficere: vt inquit apoſtolus. i. ad thimotheum. v. ⁊ prima petri. iiij. dicitur. Uigilate in orōne: ⁊ hoc in ſpiritu ⁊ veritate.

## Ca. ix. de predicatoribus.

Predicatorum vocatio veritas ſit ⁊ nō ꝓpria commoditas. Si eni predicans regnuꝫ dei ꝓpriam cōmoditateꝫ veritati preponat ſua p̄dicatione parum ꝓficere valebit. Ueris aūt verbi diuini exclamatoribus ait dn̄s per ꝓphetaꝫ. Preparabit̄ veritas mea in eis. Nempe li. iij. hyſtorie tripartite ca. ij. dicitur q̄ cum plurimi ꝑ diſputationis delectatione traherentur ad negocium fidei: vnus quideꝫ ex cōfeſſoribus laicis ſimplicem habens ſenſum dialecticis obuiauit dicens. Audite fratres q̄m artem dialecticam nō tradiderunt nobis xp̄us ⁊ apoſtoli: nō vanam verboꝝ fallaciam: ſed puram ſcientiā fide ⁊ bonis opibus obſeruandā. Ipſos igit̄ imitando veritas eſt p̄dicanda. Inſuꝑ etiaꝫ ibidē narrat̄ qualiter ſenex quidam veritateꝫ ſic hortabat̄ cuidam pho dicens. O phe audi dogmata veritatis. Unus eſt creator oīum ⁊ verbū eius quo creauit oīa filius ei⁹ eſt. Hoc ergo ſi credis noli inueſtu-

gare ſtudio ad cuius verba philoſo
phus mirabili quadam virtute ↄuer
ſus eſt. vñ pſal. lxvij. Dabit enī domi
nus verbum euāgelizantibus virtu
te multa. Nam in vita ſancti ceſarij
legitur ꝙ ſpūſſanctus ſermonē ſuū
diſponebat: vt hoīm ↄſcientias ſua
predicatione cōuerteret. ex quo pōt
colligi ꝙ nō ex nobis: ſed ex ſpūſſan-
cto in predicatione loquendū eſt. In
ſuper aug. vi. cōfeſſio. de ipō narrat
ꝙ ipō predicante alippius intrauit:
quo intrāte aug. predicare cepit val
de mordaciter contra ludos quoſdā
quibus alippius intentꝰ erat. De ipō
tñ alippi nlło mō cogitabat. ⁊ tñ alip
pius oīa propter ſe dici credebat. et
ſubdit̃ ꝙ alippius cōuerſus eſt eiuſ
ꝗ correctio auguſtino fuerit attribu
ta. ⁊ ideo ſubdit aug. Per me inquit
licet me neſciente bene operatus es
dñe. Similiter etiā de eodē augu. in
eius vita narrat̃ qūo ipō nō cogitāte
deo tñ miniſtrante cōtra errorē ma-
nicheorum in menſa ſedendo loque-
batur: ibiqꝫ interfuit quidā qui ma-
nicheus erat qui poſt biduū venit ad
eum flens ⁊ cōfitens ſe fuiſſe mani-
cheum quouſqꝫ audiuit eum loqui.
Patet igitur qualiter predicatio a
ſpūſancto miniſtrat̃ ⁊ per ipm robo-
ratur. Nunc autē plures predicātes
potius in ꝓprio ingenio ꝙ̄ in diuina
inſpiratione cōfidunt nec veritatem
curant ꝓmulgare: ſed potius audi-
toribus cōplacere volentes dulcia
quedam ꝓponunt: itaqꝫ nō docent:
cum tñ docere teneant̃. quibus oſe.
iiij. dicit̃. Quia tu repuliſti ſciaꝫ ego
te repellā ne fungaris mihi ſacerdo-
tio. Illi enim ſciam a ſe repellunt qui
veritatē predicare negligūt. quibus
greg. xxi. moraliū ſic ait. Abſqꝫ iure
fructus eccleſie comedunt qui eccła
ſtica cōmoda ad vſum corporis acci
piunt: ⁊ exhortationis miſteriū po-
pulo nō impēdunt. Nos inquit pa-
ſtores officium pconis ſuſcepimus
⁊ eccłaſtica alimenta corpori debita
ſuſcipimus ⁊ quod ſubditoꝝ eſt non
eis impēdimus quod eſt cōtra illud
ezech. iij. Audies verbū ex ore meo
⁊ annunciabis eis. ceterū grego. li. i.
omelia. ij. Prepoſitus īquit ſine cul
pa nō eſt quando verba vite ſibi ſub-
iectus ppłus nō audiens ex ſua cul-
pa moritur. Ille enim occidit qui ta
cendo morti ↄſentit. Qui igit̃ preeſt
ſi tacuerit reus mortis tot vicibus i-
uenitur quot ꝑmittit hoīes tacendo
duci ad mortē. ⁊ ideo ibidē omelia
xviij. Penſemus inquit cuius domi-
natōis ſit: ſit ſine labore laboris mer
cedem ꝑcipere: quaſi dicat ꝙ viuen
tes ex bonis eccłe ad veritatis pre-
dicationē debent inſudare. Naꝫ do-
ctrina a ſacerdotibus expectat̃ vt ſo
nant pcepta veteris legis: vt inquit
hierony. epła. xliij. ⁊ apłus ad titū
Oportet inquit epm in doctrina eē
fidelē vt potēs ſit exhortari ſana do-
ctrina. Ille enim potēs eſt qui nō ſo-

lum verbis ſed etiam bone vite exē- plo predicat:qm̄ peccatori dixit de⁹ quare tu enarras iuſticias meas:et aſſumis teſtamentū meū p̄ os tuū: q2 ſcȝ p̄dicantes ſermonē efficacem nō habent ſi opibus verbis contradi cant.quapropter greg. moraliū.xxx. tunc inquit eſt ſermo viuus ⁊ efficax cum p̄dicato in vita pura ſancta atq̧ p̄fecta eſt ſicut fuit ſtephan⁹.de quo actuū.ix.dr̄ ꝙ nō poterāt reſiſtere ſa pientie ⁊ ſpiritui qui loquebat̄. Itē li.x. eccl̄aſtice hyſtorie ca.xxx. legit̄ ꝙ cū ſancti patres olim ꝯueniſſent ad ꝯſilium nicenū:ibi ph̄i diſputatio nes ⁊ dubia mouebant intantum ꝙ maximū fuit ſpectaculū maximaq̧ cōgregatio audientiū:nec poterat q̄ daȝ ph̄us ibi exiſtens ab aliquo con cludi:ſed vt oſtenderet deus q2 nō in ſermone regum dei:ſed in virtute cō ſiſtit quidam ex cōfeſſoribus ſimpli- ciſſime nature vir ⁊ nihil aliud ſciēs niſi xp̄m ih̄m ⁊ hunc crucifixum inter ceteros auditores ep̄s aderat qui cū vidiſſet ph̄m inſultantē noſtris ⁊ cal lida ſe diſputationes arte iactantem poſcit ab oībus locū velle ſe poſcis cum ph̄o ſermocinari. Tum vero no ſtri qui ſimplicitatē viri ⁊ īperitiam in ſermone:dūtaxat nouerant cepe- runt pauerunt ⁊ velut pudorē quen- dam pati ne forte apud callidos ho- mines riſui effecerent̄ ſancta ſimplici tas. Preſtitit tn̄ ſenior ⁊ hinc mouit ſermonis exordium. In noīe inquit ih̄u xp̄i ph̄e audi que vera ſunt. Deꝰ vnus eſt qui fecit celum ⁊ terrā qui- q̧ hominī quē de terre limo forma- uerat ſpm̄ dedit ⁊ vniuerſa que vidē tur ⁊ que nō vident̄ virtute verbi ſui creauit ⁊ ſpūs ſui ſanctificatione fir- mauit hoc verbū ac ſapientia quem nos filiū dicimus humanos miſera- tus errores ex virgine naſcitur,⁊ per paſſionē mortis a p̄petua nos mor te liberauit:ac reſurrectione ſua eter- nam nobis cōtulit vitam quē ⁊ expe ctamus iudicē omniū que germus eſſe venturū. Credis hec ita eſſe ph̄e At ille velut ſi nunq̄ vllum ſermonē cōtradicendi didiciſſet ita obſtupefa ctus virtute dictorū mutus ad oīa hoc ſolum potuit reſpondere ita ſibi videri:nec aliud verum eſſe qua dixe rat.itaq̧ ille qui a nullo cōſtringi po terat p̄ humanam ſciam a ſimpliciſſi mo viro cōcluſus eſt. Ex quo patet ꝙ vite ſanctitas ⁊ non intellectus in genioſitas verbū p̄dicantis efficax reddit.ceterum eodē li.ca.ij. legitur ꝙ mulier quedā captiua fuit apud gentem hibernorū que in ſua capti uitate ſanctiſſimam vitam ducebat. Accidit tamē vt adoleſcens quidam egrotaret cuius mater per ſingulas domos ibat remediū petens. Ad il- lā igitur captiuā cum veniſſet inter rogauit an remediū pro ſuo filio ſci ret:que reſpondit ꝙ aliud remediū neſciebat niſi ꝙ chriſtus in quem cre debat ip̄m ſanare poterat. Oratio-

ne igitur fuſa infantem ſanum reddidit: cuius mater miraculum ꝑ totū regnum promulgauit. Regina igitur hoc audiens cum infirma eſſet ad predictam captiuam acceſſit ⁊ fuſa oratione ſanitatem accepit in nomine ieſu chriſti. Quapropt̄ regina chriſtum verum deū eſſe ſuo marito omnibuſq; nunciauit. Cumq; rex cōuerti differret accidit vt in venatione in tenebris maximis eſſet. Chriſtū igitur inuocauit dicens. O chriſte ſi deus es me nunc libera ⁊ protinus luce clareſcente liberatus ⁊ cōuerſus eſt Eccleſiam igitur edificari fecit ⁊ ad conſtantinū vt ſacerdotes mitteret ſcripſit quod ⁊ fecit. Cumq; columna quedam eccleſie humana virtute eleuari non poſſet: predicta captiua oratione impetrauit vt eleuaretur cunctis admirantibus. Ex hac ergo hyſtoria patet ꝙ ſanctitas vite plus facit ad cōuerſionem ꝙ̄ ſcientie ingenioſitas. vnde iſaye. xl. Super montem excelſum aſcendēte tu qui euangelizas ſyon. Ille autē ſuper montē aſcendit qui in ſanctis operibus viuit. Ille enim euangelizat qui diuinum verbum predicat. vnde ezechielis pmo. Speculatorem dedi te qui in alto conſpicis

Capitulum decimum de ſcholaſticis.

Licet omnia ſcire bonum ſit: diuine tamen veritati potiſſime intendendum eſt: q2 nec fallit nec fallere pōt. Legimus enim gen̄. xvi. qualiter abrahan ancillam dn̄e ſubiecit. ſic omnes humane ſcientie diuino ſcrutinio debent ancillari. vnde augu. li. ij. de doctrina chriſtiana ſic inquit. Homo quicq̇d extra ſacram ſcripturā didicerit ſi noxium eſt: ibi dampnat̄ ſi vtile ē ibi inuenitur. vnde idem epl'a. iij. Nulle littere comparande ſunt duobus preceptis dn̄i in quibus oīs ars. Ibi enim phiſica: q2 deus eſt cā oīm naturarum. ibi ethica: q2 nō niſi diligēdo deū vita bona formatur. ibi logica q2 deus lumen eſt anime. ibi ſalus reipu. Q2 niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam Iō ipa ſacra ſapiētia ꝓuer. viij. inq̄t Audite q2 de rebus magnis locutura ſum ⁊ aperientur labia mea vt recte predicēt. veritatē meditabit̄ guttur meum. Hec enī dat intellectū ꝑuulis. vnde ſapie. vij. Optaui inq̄t ⁊ ſapiā ⁊ datus eſt mihi ſenſus inuocaui ⁊ datus eſt mihi ſpūs ſapientie In hac autē ſapientia teſte hugo in didaſcali parte. v. In ꝓprio ingenio nō eſt ꝯfidendum: q2 potius oratione ꝙ̄ ſtudio acquirit̄. vn̄ mathei. xi. Abſcōditi hec a ſapientibus ⁊ prudentibus: et reuelaſti ea paruulis. vn̄ caſſianus ī collationibus patrum

Cupiens inquit ad noticiaꝫ ſcriptu-
rarum ꝑtingere nequaq̄ debet ſuos
labores cōmentarijs impendere ſed
omnē induſtriam mentis ⁊ intentio
nem cordis erga emēdationē vitioꝝ
detinere quibus expulſis ſcripturaꝝ
ſacramenta contēplet̃: ſicut ab ocu-
lo purificato colores cōcernunt̃. nar
rat etiaꝫ caſſiodo. li. de inſti. ſcriptu-
rarum ꝙ cum explanationē cuiuſdā
queſtionis inquireret ſeptē diebus ⁊
noctibus in oratione perſtitit; quouſ
q̄ꝫ deo reuelāte cognouit. Hōmōi igi
tur ſapiē ſtudium bonis opibus po-
tiſſime exercetur. vnde hugo vbi ſu-
pra. Bene inquit ſcripturā ſtudet q̄
ea que audit ope complet. vnde lib.
ix. hiſtorie tripartite de quodā abba
te legit̃ ꝙ cum audiſſet verſum illuꝫ
pſal. Dixi cuſtodiam vias meas ⁊c.
Tunc amplius noluit audire dicens
ſibi ſufficere ſi qd̃ audierat poſſet ad
implere. vn̄ anno vite ſue. xlix. Inter
rogatus ſi p̄dictū verſuꝫ didiciſſet ⁊
cōpleuiſſet: reſpondit ꝙ vix cōplere
potuerat. Non ergo in magnis diffi
cultatibus ſed in bonis operibus ſa
cre ſcripture ſtudiū verſatur. vnde ec
cleſia. lxxxij. Pie agētibus dedit de
us ſapiām. Quis enī tam ſtultus vt
eum dicat ſapientē cuius vita mala
eſt diſſoluta ⁊ enormis. Omnis enī
diſſolutio ex inſipiente radice manat
Ille igitur ſapiens putandus eſt qui
ſua opa ſapiēter dirigēs ea facit que
ſapientem facere decet. Nam iſte ē
fructus vere phie ſcilicet bene loqui
ſm ſuum ſtatū ⁊ ꝯſequēter bene vi-
uere: vt dicit apuleius lib. de deo ſo-
cratis. vnde ariſtippus phus cuidaꝫ
tyranno interroganti q̇d ſtudiū phie
ꝓficeret ſibi reſpondit. Vt inquit cū
omnibus hoībus ſecure ⁊ intrepide
ſciam fabulari. Nam apoſtoli ppl'm
dei ſic ꝯuerterūt: qꝛ vnūquenq̄ꝫ ſm
ſuum ſtatū docuerūt: nunc dn̄is: nūc
ſeruis: nunc patribꝰ: nunc filijs: nūc
vxoribus veritatem ſuadētes. vnde
ad ephe. v. Viri diligite vxores ve-
ſtras. ⁊ ibideꝫ. vi. Filij obedite parē
tibus ſerui obedite dn̄is. p̄ma petri
ij. Serui ſubditi eſtote. ⁊ ibideꝫ. xiij.
Mulieres ſubdite ſint viris ſuis. et
p̄ma iohan. ij. Scribo vobis patres
ſcribo vobis adoleſcētes: ſcribo vo-
bis infantes. Inſuꝑ gentiles cōfor-
miter fecerunt. vnde pompeius lib.
viij. ⁊ policraticus li. vij. ca. iiij. pari-
ter narrant qualiter pithagoras au-
diens vrbem crotonioꝝ eſſe diſſolu-
tam: venit vt doceret: itaq̄ꝫ alio affa-
tu viros: alio quoq̄ꝫ matronas hor-
tabatur vnicuiq̄ꝫ veritatē p̄dicans.
Itaq̄ꝫ ſm ſtatuuꝫ diuerſitatē leges
⁊ mores deſcripſit. Ratione igit̃ po
tiori diuini vbi p̄dicator animo vali
do veritatē debet detegere. Sꝫ plu
rimi in ſuis abditis proximis detra-
hunt: quoꝝ pctā corrigere vbi fas ē
negligunt. ibi loquunt̃ vbi tacenduꝫ
nam eccle. xxxij. Vbi nō eſt auditꝰ nō
effundas ſermonē. Cōgruit ergo lo-

quendi tempus ⁊ locum explorare.
vnde p̄mo ſaturnaliuȝ legiṫ ꝙ ſocra
tes orator grecus in cōuiuio exiſtēs
rogatus fuit vt de fonte ſue eloquen
tie aliquid ꝓponeret qui rennuit di-
cens. Nihil inquit tam gratū pħie ſi
cut locis ⁊ tp̄ibus aptare ſermones.
vnde eccl'aſti.xi. Prudentie ſtatura
ponderabunṫ:qꝛ ſcȝ loquendum eſt
iuxta exigentiā locorum ⁊ pſonaruȝ
valerius li.vi.ca.vlti.narrat de xeno
crate. Qui cum gratis eloquijs mo
res abſtrueret vidit quendam ſuper
uenientē cuius crimina grandia erāt
⁊ ideo materiaȝ de qua loquebatur
pretermiſit vt peccata illius deteſta
ri poſſet.ideo eccleſtici.xxvij. dicitur
Cum viro irreligioſo de ſanctitate
tracta ⁊ cum iniuſto de iuſticia.vnde
ſeneca ep̄l'a.ci.dicit ꝙ talis debet eē
pħus vt ad ip̄m veniēs ſemꝑ aliquid
ferat ⁊ in aliquo melioreṫ. Potius
igitur in verbo p̄dicantis profectus
debeat haberi. q̄m ſicut dicitur ad
corinthi.i.Sermo meus ⁊ predica-
tio mea nō eſt in perſuaſibilibus hu-
mane ſcientie verbis: ſed in diuinis
eloquijs.

¶ Finit liber octauus.

¶ Incipit liber nonus qui eſt de
ſtatu principum ⁊ nobilium ⁊ habet
vigintiquattuor capitula: cuius pri-
mum eſt de clementia principum.

Clementiā ha-
bere debēt p̄n-
cipes maxime
exemplo anti-
quorum. Nar-
rat enim vale.
li.viij.ca.p̄mo
d̄ ſeruio galba
qui ꝓpter homicidiū morti condme-
pnatus erat:⁊ cum proximus morti
eſſet iudici dixit. Necam inquit non
recuſo mortē ſȝ meos defleo puulos
quos tibi recōmendo. Miſericordi-
am ergo obtinuit pietatis cā. Itaqȝ
innocentia veniā nō impetrauit:vbi
pietas periculorum indulgeri fecit.
Narrat etiā de quodā qui libidinis
cā condēmatus erat:ſed veniam im-
petrauit eo ꝙ ſuā impudicitiā ſpōte
declarauit. Beati igiṫ miſericordes
q̄m ipi miſericordiā ꝯſequenṫ.math.
v.narrat etiā augu.viij.de ci.ca.x.de
quodam cuius nomē ares qui morti
condēnatus erat ⁊ homicidij reꝰ ha-
bebatur iudicātibus tn̄.xij.dijs abſo
tus eſt a ſn̄ia ſex illorum.xij.deoruȝ q̄
venerabanṫ apud athenienſes:q̄bus
lex erat ꝙ ſi voces iudicū erāt equa-
les tunc abſolutio iuſticie p̄ponebaṫ
Si igiṫ gentiles deū nō cognoſcen-
tes indulgere p̄ſtuduerunt:merito ⁊
potius xp̄iani iudices hoc facere de-
bent:vt ſcȝ potius indulgentiā ꝙ ri-
gorem exerceāt. Verūtamē iudices
plātiqȝ plures fauore vel ira ſeducti
cās ſubditoꝝ nō diſcutiunt:ſed cum

rigore ſue temeritatis ſubditos affli
gunt. vnde narrat aug. vi. ꝯfeſſio. ca.
xi. De alippio collega ſuo q̄uo apud
carthaginē fuit dep̄benſus de furto
licet ſine cā. accidit tñ diligēti diſcuſ
ſione facta ꝙ immunis inuētus eſt ⁊
innocens: puero quodā reuelante q̇
furtum cōmiſerat reptus ē. ⁊ ꝯcludit
idem aug. Non arbitror enī aliaꝫ ob
cām deum hoc ꝑmiſiſſe niſi vt vir ille
ſcꝫ alippius qui tātus futurus erat:
inciperet diſcere ꝙ non de facili iudi
candus eſt hō. vnde de ſeipō narrat
ꝙ aſſiſtendo iudicio pretulit equita-
tem cuicunq; poteſtati iuxta p̄ceptū
dñi. exo. xxiij. Nec iudicio plurimorū
acquieſces: ſcꝫ vt a vero deuies. ⁊ ib-
dem. Non declinabis in iudicio pau
peris. vnde leui. ix. Non iniuſte iudi-
cabis. ⁊ ſubdit. Noli facere iniquuꝫ
aliquod in iudicio: ſed oīa in regula
pondere ⁊ mēſura. ideo iniūxit beat⁹
ambro. theodoſio imꝑatori: vt ante
xxx. diē nullum ꝯdemnaret morti: q̄
nō ex libito nec ad libitū ꝓcedenduꝫ
eſt. naꝫ ⁊ dño geñ. xviij. dictū eſt qua
liter clamor ſodomorū venit coram
eo: non tñ ſtatim ꝯdemnauit: ſed ait
deſcendā ⁊ videbo ⁊c. q̄ ſcꝫ cuꝫ ma-
gna deliberatione iudicandum eſt. ⁊
nō cum ira vel furore. ſapien. xij. Et
tu cum trāquillitate iudicas. Ira q̇-
dem viri iuſticiam dei nō operatur.
iacobi ꝑmo. vnde ſeneca lib. i. de ira
narrat de quodā iudice tyranno qua
liter tres milites innocentes propter
iram ſuam ꝯdemnauit. Primū eniꝫ
condēnauit: q̄ redierat ſine ſuo con
militone ſeu ſocio: imponens ei ꝙ il-
lum interfecerat. Precepit ergo cui
dam militi vt eum duceret ad locum
ſupplicij. Cumq; tñ eum duceret ve-
nit cōmilito ſeu ſocius eius q̇ ad ſup-
plicium ducebať: ⁊ tunc ad iudicem
redijt vt ille excuſaretur: quod vidēs
iudex iratus eſt: primoq; militi dixit
te iubeo interfici: q̄ ſemel cōdemna-
tus es. ſecundo aūt dixit: q̄ cauſa dā
nationis tui cōmilitonis fuiſti: ſimili
ter te iubeo interfici. tertio dixit ⁊ te
iubeo occidi: qui iuſſus occidere pre
cepto nō paruiſti. ideo iſidorus. iij. d̄
ſummo bono ca. xxv. Iudex inquit
iracundus examen iudicij intueri nō
valet: q̄ caligine furoris execatus nō
videt. vnde augu. epl̄a. xxxv. ante fi-
nem cōcludit dicens. Non debet in-
quit iudex vendere iuſtum iudicium
aut de triſtari verum iudiciū lꝫ ven-
dat aduocatus iuſtum patrocinium
⁊ iuriſperitus verum conſilium. Illi
enim inter vtrāq; partem examinis
adhibentur. Iſti vero ex vna parte
cōſiſtunt. Nihil ergo turpius nil for
didius q̄ꝫ iudicium vendere: vt ponit
aug. vij. cōfeſſionum. Nam iudiciuꝫ
ſi fiat ad preciuꝫ ſordibus computa
tur: vt ait policratus. v. li. c. ij. q̄ cum
iudex ſit famulus iuſticie. Si igitur
iuſticiam vendit ſuam dominā p̄ciō
exponit. Verūtamen illud ioſue. ij.
verificatur. Puellam inquit vendi-

derunt vino vt biberent ſcilicet iuſti-
ciam:ſed qui emit nō letetur:vt dici-
tur ezechielis ꝓmo.q꞉ vēditor ⁊ em-
ptor peccant. Tales enim figurant̄
nūmeri.xxij.in balaach qui corrupit
balaaꝫ muneribus ⁊ execauit.vnde
petronius ſic ait;quid faciunt leges
vbi ſola pecunia regnat:aut vbi pau
pertas nullo iure vincere poteſt. Iā
igitur iudicium nihil eſt niſi publica
merces.Quapropter tullius li.iij.of
ficiorum dixit ꝙ a maioribus hoc ac
cepimus:vt contra iuſticiaꝫ nil aga-
mus , maiores enim predeceſſores
vocantur.vnde A.gellius libro.v.de
ſubditorum filias ⁊ cõiuges violet.
Magna igit̃ ſecuritas eſt in dño ſi
caſtus ꝑnceps extiterit. Nempe viri
veteres ⁊ celebres caſtitate floren-
tes laudis premium huculqꝫ merue
runt. Queſo enim vt ſcipionis caſti-
tatem cõmemoremus. narrat enim
vegetius de re militari. iij. ca. x. ꝙ ſci
pioni africano virgo pulcherrima et
nobilis adducta fuit: quã licet natu-
raliter affectaret. nihilominus diligẽ
tiſſime eam cuſtodiuit: ⁊ cum capti-
ua eſſet eam redemit: ſuoqꝫ ſponſo
qui nõdum eam cognouerat virginẽ
tradidit cuius nomen allicius ⁊ pro
dote nuptiali munera grãdia ꝓbuit.
Simile etiã de alexandro legimus.
Inſuꝑ de octauiano legimus in poli
cra. lib. iij. c. x. Quomodo virgo cleo-
phatra ad eũ acceſſit: eiuſqꝫ oculos
rõne pulchritudinis ſollicitauit. Ue-
rũtamen eius pulchritudo pudicitie
nõ obfuit. vñ poeta. Uultus adeſt ꝓ
cibus facieſqꝫ intacta perorat. cetex
vege. li. iij. ca. iij. narrat quomodo hã
nibal vigilijs ⁊ abſtinentijs corpus
ſuum macerabat ꝑ quam abſtinenti
am libido extinguebat. Legimus in
ſuper abſtinuiſſe ceſarẽ iulium ꝓut
narrat policra. li. v. ca. vi. ⁊ ideo eccl'a
ſti. x. dicit̃. Ue terre cuius rex puer ẽ

⁊ cuius principes mane comedunt. Beata aũt terra cuius rex eſt nobilis: ⁊ cuius principes veſcunt̃ in tempore ſuo: ſcꝫ ad reficiendũ ⁊ nõ ad luxuriandũ. Attendamus quomodo amor mulieris eneruauit potentiaꝫ ſampſonis: infatuauit ſapientiaꝫ ſalomonis: ſanctimoniã dauid fedauit ꝓut ait hiero. epl'a. xxxiiij. ⁊ ſubdit. Nec ſalomone ſapientior: nec dauid ſanctior: nec ſampſone fortior: ⁊ tamen vtriqꝫ a muliere decepti ſunt. Nullum enĩ imperium durabile nec p̃ncipatus ſtabilis quãdo regnat in principe libido luxurie. vnde policratus li. vi. ca. xij. dicit ꝙ imperium romanũ exhauſtuꝫ eſt nerone imꝑante cuius gula oĩa deuorauit ⁊ maculauit libido exhauſit auaricia ſuperbia cum luxuria exinaniuit. Inſuper egeſippus li. p̃mo. loquens de antonio ipi auguſto dicebat. Ille inquit ſcilicet antonius nõ victus eſt virtutibus tuis: ſed magis eſt victus moribus ſuis. Vicit eniꝫ eũ cleopatra vxor cũ qua maluit vinci ꝙ ſine ea vincere. Nunquid etiã vale. narrat li. ix. ca. i. qualiter vrbs volſcinenſiũ erat optime legibus regulata: ſed ꝑ luxuriaꝫ ꝓlapſa eſt. ⁊ ideo ante concludit. q̃d fedius: quid dãnoſius eſt ſcꝫ luxuria ꝑ quam v̓tus atterit̃ victorie relangueſcunt ⁊ cepta gloria in infamiam conuertit̃: animiqꝫ ⁊ corꝑis vires expugnant̃ adeo: vt neſcias ab hoſtibus: ne an ab illa capi pernicioſius habendum ſit.

## Ca. xv. de moribus principum.

PRincipum maxime eſt morales eſſe: ſicut dicit aug. de ciu. dei li. ij. ca. xxi. ⁊ narrat verſum ennij poete dicentis. Moribus antiquis res ſtat romana viriſqꝫ. Nam ꝙ diu romani morales fuerunt tandiu orbi ꝑfuerunt. vnde idem aug. v. de ci. ca. xij. verba cathonis narrans dicit. Nolite inq̃t eſtimare maiores noſtros armis rẽpubli. augmẽtaſſe. Nam ſi ita eſſet multo pulcherrimam nos eã haberemus. Quippe ſocioꝝ atqꝫ ciuiũ preterea armorum ⁊ equorũ maior copia nobis ꝙ illis eſt. ſed alia fuere q̃ illos viros magnos fecerũt q̃ nobis nulla ſunt domi induſtria foris iuſtũ imperiũ animus in ꝯſulendo liber neqꝫ libidini neqꝫ delicto obnoxius ꝓ his nos habem⁹ luxuriã atqꝫ auaritiam publice egeſtatẽ ꝓuatim opulentiã. laudam⁹ diuitias ſequimur inerciaꝫ inter bonos ⁊ malos diſcrimẽ nullum oĩa virtutes premia ambitio poſſidet. hec aug. Ex q̃bus ꝯcludit̃ ꝙ virtutes morales. R. P. manutenuerunt atqꝫ exemplũ colligit̃ ꝙ vita ſpũalis i huiõi morib⁹ ꝯſiſtit atqꝫ roborat̃. vñ. aug. li. i. c. xxxij. loquens de ſcipione ait ꝙ nõ cenſebat ille ſcꝫ ſcipio. R. p. eſſe felicẽ ſtantib⁹ menib⁹

ruentibus moribus. ⁊ eodeꝫ li. ca. ij. Romani inquit ceciderunt nō murorum caſu ſꝫ morū defectu: neqꝫ ignibus eoꝝ tecta ardebāt: ſed corda cupiditatibus inardeſcebāt atqꝫ preſidendi potius ꝙ̄ corrigendi volūtas romanos cōtriuit. ⁊ qꝛ homo quaſi ciuitas eſt cuius valde ſunt ſenſus ciueſqꝫ vires ſunt aīe quibus impat voluntas. debet ergo tanꝙ̄ ciuitas moribus ornari: qꝛ ſicut ait ſeneca epl'a xl. Mos eſt mentis habitus ex quo ſingulorū operum aſſiduitas manat. Item policratus li. v. ca. iij. dicit ꝙ a virtutibus fiunt mores ⁊ a moribus virtutes acquirunt. Sed qꝛ multi vitia prauos mores nō credunt ꝓpter aſſiduitatē: vt ait ſene. li. de vita beata: Ideo abſqꝫ pudore hoīes criminibus ſeruiunt. virtuteſqꝫ acquirere nō curant. ⁊ cōcludit ibidem ſene. ꝙ aliter eſt agendū ī via morū ⁊ aliter pedū: qꝛ in moribus nō eſt tuta via quā ſepius multi ſequunt: ſed in via pedum frequēter cōtrarium eſt. ⁊ ſi mores cōgruunt ſapienti maxime tñ principi. Sed queſo inquiramus vñ principum corrumpunt mores. eſtimo enim ꝙ faſtus ⁊ ſupbia hoc faciunt. Nam ſi princeps humilis exiſteret moribus floreret. ſꝫ ſuperbia tollit ſenſum: corrumpitqꝫ mores. Utinam attenderent pncipes verba darij loquentis alexandro. vnde fertur in hyſtorijs alexandri qualiter darius vulneratus ⁊ in lecto poſitus alexandro dicebat fili alexander: vt plenius tua ſapientia nouit: totus mundus in corruptione poſitus eſt. Sic enim diuina prouidentia a principio ordinauit: vt nihil eſſet conſtans tutum vl' firmum: ſed totum variationi ſubiectum. Cum aūt quis ad tanti dominij aſcendit culmē: vt iam nō hominem ſed deum ſe eſtimet mox ad ima ruit: ⁊ dum eius caſum ſe meruiſſe cognouit: ⁊ deoꝝ benignitatē inuocauerit: ne laqueum deſperationis incurrat ſubito miſericordia ſubleuatur. ⁊ ſubditur. Conſidera inq̄t fili quid fui heri ⁊ quid ſum hodie. heri namqꝫ rex regum ⁊ dominus dominantiuꝫ vocabar. ⁊ tunc abſqꝫ poteſtate lugeo: qꝛ vna ſuperſtitione ſeduct⁹ dijs volui aſſimilari. Cōſiderāda eſt etiam ipſius nabuchodonoſor hyſtoria qui cum eleuaretur corruit ſenſum perdidit: ⁊ tanꝙ̄ animal brutum cum feris vixit. Humiliatus tamen poſtmoduꝫ reſtitutus fuit. ideo propheta dicebat. Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco. Abſit ergo ſuperbire ꝓpter bona que in mūdo ſunt: in quibus nulla ſecuritas eſt vnde bernardus. Nuſꝙ̄ inquit eſt ſecuritas neqꝫ in celo neqꝫ in terra neqꝫ in paradiſo. Namqꝫ de celo cecidit angelus de cede maieſtatis. adā cecidit de paradiſo voluptatis. ⁊ de mundo cecidit iudas ꝺ ſchola ſanctitatis. Humiliemur ergo cōſiderantes diei finalis terrorem. vnde greg.

Tunc inquit erit ſuperius iudex ira-
tus: inferius cahos horrendū: a dex-
tris peccata accuſantia: a ſiniſtris in
finita demonia ad ſupplicia trahen-
tia. Interius erit ɔſcia vrēs: ⁊ exteri⁹
mundus ardēs. Quid igiẛ faciet pec
cator. nam latere impoſſibile erit: et
patere horribile. ecce ꝙ̄ta humilitas
occaſio. De quodaꝫ rege legimus in
legendis ſanctorū ꝙ cum vidiſſet du
os chriſti pauperes de curru deſcen-
dit vt ipos honoraret: quod videns
frater eius ipm increpauit dicens ꝙ
nō decebat regem ſic humiliari corā
paupibus: quo audito rex iuſſit ſuis
pconibus vt ipm citarent cū familia
⁊ liberis quod videns ille qui regem
reprehenderat cū habitu humilitatꝭ
coram rege acceſſit cū liberis ⁊ fami
lia: quē cum vidiſſet rex ait. O inquit
ſtulte preconē fratris timuiſti: ⁊ licet
nō peccauerꝭ: tamē te humiliaſti ad
verbum preconis fratris tui vterini.
Nunquid igitur potius pcones ieſu
chriſti pauperes formidare ⁊ reuere
ri debem⁹ cū de ipis in euangelio di-
cat veritas. Qui vos honorat me ho
norat: ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit. ⁊
iterum ꝙ vni ex minimis iſtis feceri
tis mihi feciſtis. Humilis ergo mēs
noſtra exiſtat nullum ſpernat: ſed fu
turi iudicij terrorem cōcernat. Unde
hiero. Siue comedam ſiue bibam
ſemper illa vox reſonare mihi videẛ
in auribus meis: ſurgite mortui ve-
nite ad iudiciuꝫ. Quia tamē domini
⁊ principes faſtum ⁊ ſuperbiā amāt
ideo in auribus ſuis ſi reſonaret vox
ſophonie ꝓphete humiliarenẛ. Dicit
enim ſophonias ca. i. loquendo in ꝑ-
ſona domini. In illa inquit die viſita
bo ſuper principes ⁊ ſuper filios re-
gis ⁊ ſuper omnes qui arroganter i-
grediuntur ſuper limen ⁊ cōpleuerūt
domum dn̄i dei ſui iniquitate ⁊ dolo
⁊ ſequiẛ. Diſperierunt omnes inuo
luti argento: ⁊ qui dicunt in cordib⁹
ſuis nō faciet bene dominus ⁊c. ⁊ ſe
quitur. Fortitudo eoruꝫ in direptio
ne erit: ⁊ domus eorum in deſertum
edificabunt domos ⁊ nō habitabūt
in eis: plantabunt vineas ⁊ nō bibēt
vina earum. ⁊ ſequitur. Cōturbabo
homines ⁊ ambulabūt vt ceci: qꝛ do
mino peccauerunt ⁊ effundetur ſan-
guis eorum ſicut humus: ⁊ corpora
eorum ſicut ſtercora: ſed argentuꝫ et
aurum eorum nō poterit eos libera-
re in die ire domini. Utinaꝫ pncipes
talibus verbis corrigerenẛ: moribuſ
ꝙ ſuis rempu. dirigerent: exemplo
titi de quo legiẛ ꝙ tam modeſte. R.
P. rexit vt de ſola clementia argui
poſſet. Unde mores principum pul-
cherrime ſuadet ſeneca de quattuor
virtutibus. ca. iij. Impone inquit cō-
cupiſcentie frenum ede citra ſaturita
tem: bibe citra ebrietatem: obſerua
ne in conuiuio: aut in aliqua cōmuni
tate hos damnare videaris: quos
imitaberis: nec delicijs tibi preſenti-
bus inherebis: nec abſentes deſide-

rabis.⁊ ſequit̃. Odibilem quocꝫ ho-
minem facit riſus ſuperbus ⁊ elatus
ac etiam malignus et furtiuus. Si
igitur riſus iocos exigit hos cum di-
gnitate ſapientie gere: ſit tuus inceſ-
ſus ſine tumltu ⁊ quies ſine deſidia
adulationes euita nõ acerba: ſꝫ blã-
da verba timebis: eſto vitioꝛum tuo
rum fugax. alioꝛuꝫ vero nõ ſis curio-
ſus ſcrutatoꝛ: docentium eſto facilis
auditoꝛ requirenti facile reſponde:
ſuperioꝛes recte viuendo nõ timeas
ſenioꝛ eſto iudicio q̃ ſermone vita q̃
vultu clementioꝛ: eſto fame bone: ne
qꝫ tu ʒiʒaniatoꝛ: necꝫ aliene inuidus
ad iram tardus: ad miſericoꝛdiaꝫ ꝓ
nus: in aduerſis firmus: in pꝛoſperis
cautus que noſti ſine arrogantia po
ſtulanti cõmunica et que neſcis ſine
occultatione ignoꝛãtie tibi poſtula i-
partiri. Hec enim oĩa licet nõ eodeꝫ
oꝛdine documenta ſunt ſenece vbi ſu
pꝛa. quibus modeſta ⁊ moꝛuꝫ hone
ſtas ſuadet̃ que ꝑncipibus maxime
ꝑtinere dinoſcit̃. nã iſido. ix. ethimo.
c. iij. dicit ꝙ rex dicitur a regendo nec
eſt rex qui nõ regit. In pꝛincipibꝰ igi
tur nõ ambitio: ſed de ſubditis cura
eſſe debet. vnde grego. xi. moꝛalium
Pꝛincipes vocantur qui malis co-
gitationibus pꝛincipantur. ⁊ ibidem
xxvi. Illi enim pꝛincipes ſunt qui ela
tionis gloꝛiam declinãt: qui liuoꝛes
mitigant furoꝛes extingunt: qui tem
ptationibus nõ conſentiunt: ſed re-
gendo pꝛeeſſe nouerunt. vnde hoꝛa-
tius in carmine Lirico. ſicut narrat
auguſtinus. v. de ciui. dei. ca. xiij. di-
cens. Latius regnes auidum domã
do ſpiritum. ⁊ claudianus alloquen-
do theodoſium dicebat. Licet inquit
late domineris: ſi tamen pꝛaua cu-
pis ſi duceris ira. ſeruicij iugum pa-
tieris. ſi aũt tollis ⁊ leges interius fe
ras: tunc omnia iura tenebis. Inſuꝑ
de valerio imperatoꝛe octuagenario
legimus ꝙ cum adhuc virgo eſſet ⁊
ſue felicitatis pꝛemia recoli audiret
ait de vna tantũmodo victoꝛia gloꝛi
oꝛ. ⁊ requiſitus que fuiſſet illa: reſpõ
dit. Quia inquit inimicoꝛum domuꝫ
ſcilicet carneꝫ meam domaui ⁊ ſupe
raui. Hoc eñi narrat valerius in quo
dam ſuo paruo tractatu. Illi ergo re
ges ſunt qui ſe regere nouerunt. vñ
gregoꝛius moꝛaliũ. iiij. Illi inquit re
gnant qui coꝛpoꝛa ſua regere ſciunt
qui deſideria temperant ⁊ cogitatio
nes legibus regulant. ⁊ ideo. Ve ter
re cuius rex eſt puer. eccleſiaſtes. xi.
Nunc tamen pꝛincipes ſeipſos rege
re nõ curant ⁊ regna regere ſe iactãt
⁊ qui ſuos inimicos ſe vincere dicũt
modica temptatione vincunt̃. vnde
ſeneca epiſtola. xvi. Multi ĩquit ho-
ſtem vincunt: ſed vincuntur cupidita
te ⁊ cum agere videant̃: ipi tamẽ a-
guntur. Idem epiſtola. c. de alexan-
dro loquens ita dicebat. O inquit vi
ctoꝛ tot regum atqꝫ philoſophoꝛum
ira atqꝫ triſticia ſuccubuit: ⁊ omnia
pꝛeter ſe in ſua poteſtate habebant.

Sibi tamen imperare maximuz imperium eſt. Idez epiſtula.xxxviij. Si vis omnia tibi ſubijcere: ſubijce te rationi. Multos enim reges ſi te rexerit ratio. Ab ipſa enim diſces quid et quēadmodum aggredi debeas. idē epiſtola.cxvi. Animus inquit noſter modo eſt rex modo tyrannus. Nam rex eſt cum honeſta petit atq; corporis ſalutem querit: ſed tunc tyrannizat quando turpia iubet ⁊ iura contemnit. vnde augu.iiij. de ciui. dei. c. iiij. concludit ꝙ qui peccat etiaz ſi regnet ſeruus eſt: nec vnius hominis: ſed quod eſt grauius tot dominorū quot vitiorum. Nam melior eſt q̄ dominatur animo ſuo expugnatione vrbium: vt ſcribitur ꝓuer.xvi. De bono igitur rege dici potest illud prouer. xx. Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo.

Capitulum.xvi. de liberalitate principum.

Ut dicitur prouerbio. xix. Diuitie erogate addunt plurimos amicos. ⁊ policratus lib. iij. ca. xiij. narrat qualiter titus ratione liberalitatis fact⁹ fuit amabilis atq; ſui patris auaritiam tota liberalitatte curauit: vt tota eius complacentia in largiēdo foret: ⁊ tanto animo munera dare affectabat ꝙ vltra poſſe dona promitte bat: ⁊ cum redargueret̃ dicebat. Nemo inquit a facie principis debet recedere triſtis. vnde cum quodaz die nihil cōtuliſſet dicebat. O amici mei diem hunc perdidi. Nullum eniz vitium deterius auaritia ſignanter in principibus: vt ait tullius ꝑmo de officijs.ca.xxiij. Nempe largitas facit ꝑncipes famoſos ⁊ claros: vt ponit ibidem tul.ca.xviij. ⁊ boetius.i. de cōſolatione.ca.v. dicit ꝙ claros largitas facit. Moraliter ergo auferenda eſt auaritia de cordibus: vt celeſtis glorie claritudinem mereamur. Nam ſicut liberalitas in ſeculo reddit homines famoſos: ſic largitio in chriſti nomine facta facit rapere celos. Reprobāde ſunt tamē pluriū ꝑncipum largitiones ſtulte. vnde ſeneca li.i. de beneficijs li.xi. Reſpiciēde ſunt facultates quas preſtamus atq; ꝑſone quibus damus. ⁊ reprobat largitatem alexandri qui dedit vrbē cuidam elemoſynam petenti: ⁊ cum ille diceret ꝙ ſibi talis elemoſyna nō conueniebat: alexander reſpondit. Nō curo inquit quid te accipere deceat: ſed quid me dare cōgruat. Hec vox inquit ſeneca regia videtur ⁊ animoſa: ſed eſt ſtultiſſima: q2 decet conſiderare quid cui quādo ⁊ quare largimur. Idem ſeneca ibidē de nimia cupiditate redarguit antigonuz, cui cum quidam peteret talentum: reſpondit ꝙ plus petebat q̄ꝫ decebat hēre. Ille igiẗ vidēs ſe repulſuz petijt

denariũm: cui antigonus. Non de-
cet inquit regē tam modicā rem da
re. itaq; p cauillationē nihil ſe datu
rum cõcluſit. Si igitur alexandri re
prehenditur indigeſta liberalitas; po
tius antigoni deteſtanda eſt cupidi-
tas. Nempe tulli. i. de offi. ca. xvij. di-
cit q largitas debet exerceri cum in
tentione ordinata nõ ad iactantiam
⁊ pompã: ſed ad pfectũ ſuſcipiendũ
Nam fatuã largitionē ſequunt rapi
ne: itaq; nõ ſua ſed aliena diſtribuũt.
vnde ambroſius li. i. de officijs. Nõ
eſt inquit largitas ſi quid largiaris
vni ⁊ alteri extorqas. ⁊ ſubdit. Per-
fecta largitas eſt: neceſſitatibus ſin-
gulorum occulte ſubuenire: vt libe-
ralē laudet os pauperis ⁊ nõ labia
propria. Neſciat ſiniſtra tua quid fa-
ciat dextera tua. mathei. vi. ⁊ tul. i. de
offi. ca. xiiij. Ea inquit libertate vta-
mur que proſit amicis noceat nemi-
ni. Nihil eni liberale eſt quod nõ eſt
iuſtum. Inſuper ſeneca li. i. de clemē
tia ca. xiij. Non eſt inquit liberalis q
de alieno eſt liberalis. Ceterũ nõ ſuf
ficit de ſuo dare proprio: ſed oportet
hilariter ⁊ libere dare. vnde ſeneca. i.
de benefi. ca. vi. Beneficium aſpere
datum vocat panem lapidoſum quē
eſurienti capere eſt neceſſarium: ta-
men acerbũ. valerius li. v. c. i. narrat
de legatis carthaginēſium. Qui cũ
veniſſent romā ad redimendũ ſuos
captiuos: cenatus protinus his nul-
la pecunia accepta: reddidit iuuenes
numero duum miliũ ⁊ ſeptingen-
torum quadragintatrium expletiſſi-
mos rerum. vnde tantũ hoſtium exer
citum dimiſſum tantã pecuniam cõ-
temptam tot punicis iniurijs veniã
datam ipos legatos obſtupuiſſe ar-
bitrandū eſt: ac ſecum dixiſſe. o mu
nificentiam gentis romane deorum
benignitati equandam. O etiam no
ſtram legationē ſupra vota felicem.
Nam quod beneficiũ nunq dediſſe
mus accepimus. Vide per libertatē
romani famam atq; dominia ſibi cõ
queſtarunt ſic pariter paupibus xpi
bona erogantes celorum regnum ſi
bi acquirunt. Itaq; liberalitas de-
cens eſt in pncipe maxime nihilq; tur
pius in ipo q auaritia. vnde innocē-
tius papa ſic dicebat. Quid iquit p
ſunt tibi o frater diuitie: quid glorie
quid leticie cum nõ liberent hominē
a morte: nõ defendunt a verme: non
eripiunt a febre. Ecce qui iam glorio
ſus ſedebat in aula: modo iacet de-
ſpectus in tumba: ⁊ qui veſcebat de
licijs in cenaculo modo cõſumitur a
vermibus in ſepulchro. et ſubditur.

Timeant igitur diuites illud
iacobi. Agite nunc diuites peniten-
tiam: plorate vlulantes in miſerijs
que aduenient vobis cum dicetur.
Diuitie veſtre putrefacte ſunt: ⁊ ve-
ſtimenta veſtra a tinea comeſta ſunt
Aurum ⁊ argentũ veſtrum vaſtauit
erugo: ⁊ in nouiſſimis dieb⁹ theſau-
rizatis vobis iram dñi ⁊ in luxurijs

enutritis corda veſtra. Pauperes igitur chriſti fame perierūt quos nō ſubueniēdo occidiſtis ⁊ ecce ſanguis eorum clamat ante deum de terra ⁊ dicit. Uindica domine ſanguinē noſtrum. hec innocentius. Nec tamen pena cōminata ab auaritia animum debet reuocare. quinimo ſm dictamen rationis honor debet pferri vtilitati. vnde valerius li. vi. c. iiij. narrat qualiter dario iam vno ⁊ altero prelio virtutem alexandri experto atqꝫ ideo ei partem regni thaurotenus monte: ⁊ filiam in matrimoniū cum decies centū milibus talentum pollicente cum parmenio alexadro dixiſſet ſe ſi alexander eſſet vſurum ea cōditione. cui alexander reſpōdit ⁊ ego vterer ſi parmenio eſſem. Ex qua hyſtoria colligitur ꝙ alexander potius honorem ꝙ̄ cupiditatem amabat. Nempe auaritia in principe ſignanter peſſima eſt. ideo apoſtolus dicebat. Nec auaritia nominetur in vobis que eſt idolorum ſeruitus. ⁊ eccleſiaſti. xv. dicitur ꝙ diuitie congregate in maluꝫ domini ſui pereunt in afflictione peſſima. ideo catho. Dilige denarium: ſed parce dilige formam: quia ſcilicet pecunia nō ad cupiditatem: ſed ad neceſſitateꝫ acquirenda eſt.

Capitulum decimumſeptimum de patientia principum.

Patientia ⁊ ſi omnes principem tn̄ maxime decet. exemplo apl'i. ij. corinthi. iiij. In omnibus inquit tribulationem patimur: ſed nō anguſtiamur aporiamur: ſed nō deſtituimur perſecutionē patimur ſꝫ nō derelinqmur. Fratres igitur confortamini in dn̄o ⁊ in potentia virtutis eius. ſcribit ad ephe. vi. Attendamus eniꝫ q̄ta fuit in antiquis animi patiētia atqꝫ conſtantia. narrat enim policra. de ceſare auguſto li. iij. c. xiiij. ꝙ mire patiētie fuit. vn̄ dicebat ꝙ vir habere debet in auribus diligentiaꝫ: in lingua taciturnitatem: ⁊ in aīo quietē. Hec enim didici a iuuentute mea. vn̄ grego. xx. moralium dicit ꝙ princeps refrenare debet impatientiā ex ꝯſideratione paritatis ſue cū illis quibus preeſt. vnde ſene. li. i. de clemētia dicit ꝙ princeps cauere debet impatientiam que deformat hominem exteriorem ⁊ cōfundit interiorem. quapropter ideꝫ ſeneca de ira libro pmo Nihil inquit eque pfuit iratis ſicut intueri ſuam deformitatem. Nā ira faciem turbat: ora pulcherrima defedat: toruos vultus ex trāquilliſſimis reddit: omniſqꝫ decor relinquit iratos. ⁊ ideo dixit ſixtus: ꝙ iratis profuit aſpexiſſe ſpeculum: vt imago repercuſſa oſtendat homini ſuam deformitatem: quoniā ira viri iuſticiaꝫ nō operatur. iacobi. i. Decet igitur in

tribulationibus conſtāter ꝑmanere
vt ſit fortitudo ⁊ decor indumētum
eius atq̄ verificet illud eccl'aſt.xlvi.
Uſq̄ in ſenectā ꝑmanſit illi virtus
Etenim li.de vita ceſaris legitur ꝙ
ceſar patientiſſimus fuit:atq̄ de ſibi
dicti iniurijs vindictā nō egit ſꝫ diſſi
mulauit atq̄ cum ſuos aduerſarios
ſubiectos habebat ſepius pepercit.
Nam vir nobilis audiens impropē
ria debet cogitare eorum ſtulticiam
ſeu ignorantiā: vt ponit ſeneca li.iij.
de ira vbi narrat ꝙ cum chimargies
hyſtoriarum ſcriptor quedā contra
ceſarē ſcripſiſſet monuit ceſar vt ſer
mone moderatiori vteretur quod fa
cere renuebat: nec tamen ceſar ſe
vindicauit:ſed ſolum domum ſuam
ſibi interdixit. Et ideo cōcludit ſene
ca. Non qui offendit fecit quod vo
luit tanq̄ inimicus:ſed qui prudens
erat aliene ſtulticie remiſit. Inſuper
Seneca de mira patientia antigo
ni narrat ibidem. Qui cū multa im
properia audiret dicebat ꝙ militem
decebat nō ſolū certare baculo:ſed
etiam animo viriliter. Ergo agite et
confortetur cor veſtrum omnes qui
ſperatis in domino: iuxta ꝓphetam
Quid enim prodeſt ira ſuum animū
affligere: qui enim ſapiēs eſt pati di
ſcit nec de leui mouetur.

## Capitulum decimumoctauū de legibus.

Sine legib⁹ policia re
gulari neſcit. Unde ro
mani ſuis legibus ſuā
policiā ſublimauerūt:
vt ponit policratus li.
vi.ca.xij. ⁊ tullius in ſua prima rheto
rica li.i.ait: ꝙ omnes leges ad com
modum reipublice referēde ſunt: ⁊ ſi
cut medicina corpori ꝓdeſt ſic reipu
bli. leges. Inſuper ambro. in ſuo exa
meron omelia.v.dicit ꝙ reipublice ē
vſus eē cōes: atq̄ obſuare deuotōe
cōmuni q̄ſi plures partes reuereri:
quorum cōſilio reſpublica guberneẗ
Nec tñ leges ſunt quibus mala im
perant: q̄m lex eſt recti ꝑceptio: praui
q̄ depulſio: vt ait tul. li. de natura
deoꝝ vl' lex eſt ius ſcriptum aſſerens
honeſtū: ꝓhibenſq̄ ꝯtrarium: vt ait
gratianus. Nam lex eſt interpres e
quitatis: rerūq̄ diuinarum ⁊ huma
narū cōpos: vt ait criſippus. Ea ꝓ
pter veteres legibus policias regu
larum ſicut ſolon ⁊ ligurgus: ſed cre
ſcentibus vicijs leges perierunt: vt
ait ſeneca ep'la.xciiij. vnde augu.i.de
ciui.dei.ca.xvi. ⁊ A.gellius li.ij.c.xi.
narrat ꝙ apud athenienſes leges ſo
nis in aſſeribus ligneis inciſe erant:
vt ſempiterne manerēt. nā leges ſunt
ſicut capiſtrum vl' frenū equo: vt ait
chriſoſtomus ſup ioh. omelia.xxxvi.
Nunc tñ vnuſquiſq̄ voluntatem ꝓ
lege capit. Abuſio tamē maxima eſt
ppl'us ſine lege qui licet legem ſe ha
bere ꝓfiteatur: diuinā tñ cenſuram

non imitatur:qꝛ teste augu.liij.de ci.
dei ca.vi. Omnis lex eſt inanis:niſi
ipſius cenſura diuine legis imaginez
gerat. Quapꝛopter diuina ſapiētia
ꝓuer. viij.ait. Per me inquit reges
regnant:τ legum ꝯditoꝛes iuſta de/
cernunt. Fidelium ergo ciuitas lege
diuina reguletur:qꝛ tunc ciuitas eſt
dei qñ rex eſt veritas:lex eſt charitas
τ modus eſt eternitas:inquit augu.
epl'a.v. Sed ciuitas tunc eſt diabo/
li quādo rex eſt mēdacitas lex eſt im
pietas τ modus eſt īſtabilitas. Hu/
ius enim ciuitatꝫ ciues ſunt impij ho
mines qui lege diuina relicta vtilita/
tem ꝓpꝛiam equitati ꝑferunt. ſed lex
diuina lꝫ ſit vna oībus:tñ ſufficit ꝙ
multiplex eſt in fructu τ virtute. vnḋ
iob.xi. multiplex lex eius. Ipam tñ
plures nō ſufficere putant:aut ipius
obſeruantiam ſpernūt:ſicut athenīē
ſes qui cū equiſſima iura ſed iniquiſ/
ſima ingenia haberēt:maluerūt ſuis
moꝛibus ꝙ̄ legibus vti:vt ait valeri
us li.v.c.iij. Tales enim ſunt ſicut te
le aranearū que animalia infirmioꝛa
detinent ſed validioꝛa abire permit/
tunt:qꝛ tales condunt leges quas iu
bent inſeruari:ſꝫ ipi obſeruare nolūt:
ꝓut ait vale.li.vij.ca.iij. Quia eoꝝ
leges ſolum pauperes oppꝛimūt:et
diuites in ſuis malicijs nō puniunt.
iuxta illud ꝓuer.xvij. Qui iuſtificat
impium τ condēnat iuſtum abhomi
nabilis eſt vterqꝫ apud deum. Le/
gibus igitur ipius xp̄i regulemur in
pꝛeſenti vita dum viuimus.

## Capitulum decimumnonum de conſilio pꝛincipum.

PRincipes abſqꝫ conſi
lio plebez faciliter diſ
ſipabunt. Nulla eniz
policia abſqꝫ conſilio
ꝓſperari poteſt. vnde
tul.i.de offi.ca.xxij. Modica inquit
ſunt arma foꝛis:niſi cōſiliū interius
fuerit. τ ibidem concludit ꝙ ciuitati
athenienſiū plus ꝓfuit cōſilium ſolo
nis ꝙ̄ victoꝛia themiſtodis. Inſuper
ſene.lib.de trāquillitate animi circa
ꝑncipium dicit ꝙ ille ſolus reipubli/
ce nō ꝓdeſt qui de pace tantūmodo
vl' de bello curat:ſed qui iuuentutez
exhoꝛtat' atqꝫ bonis ꝑcepti virtutez
inſtituit:atqꝫ ruentes ad pecuniam
ſeu luxuriā retrahit. τ tul.de ſenectu/
te. Conſules cōparat illis qui regūt
nauem. Sana igit' τ matura imitā/
da ſunt cōſilia que in ſenibus reperiū
tur:vt frequēter. Unde roboā dereli
quit ꝯſilium ſenū τ iuuenum adheſit
conſilio. τ ideo regnum amiſit:vt di/
citur.ij.regū.xij. Naz in antiquis eſt
ſapiā:vt dicit' iob.xi. narrat enī vale.
li.vi.c.ij.de marco caſtritio qui. Cn.
carboni ſibi mināti τ dicenti multos
ſe hr̄e gladios:reſpōdit τ ego annoſ
quaſi dicat:ideo te nō timeo. Inſup
au.epl'a.xxxviij.ad dioſcoꝝ narrat ḋ
demoſthene pho q̄liter hitu ſimplex

erat. accidit tamē vt rogaretur qua-
tenus vellet canere cū lira: ſicut olim
facere mos erat qui recuſauit dicēs
ſe neſcire. cui mulier quedam ait. q̇d
igitur noſtri. reſpondit. Rem inquit
publicam noui ex parua facere ma-
gnam. Non igitur leuia ſed matura
querenda ſunt cōſilia: qm̄ teſte tulli.
i. rhetorice ca. xxiiij. Prudentis eſt be
ne cōſiliari. ⁊ cōmentator dicit ꝙ bo
na cōſiliatio eſt habitus cōiecturati-
uus ſm̄ ratiocinationem operabiliū.
⁊ bonus cōſiliator dicitur ille: cui ta-
lis habitus ineſt: cuiuſmodi eſt ho-
mo iuſtus ⁊ ſapiens. vnde. vi. ethico
rū dicit̄ ꝙ homo naturaliter eſt ꝯſi
liatiuus: nō tamē quicunq̧ homo ſꝫ
qui ſapiens eſt ille cōſulere nouit. A
ſapiente igitur ꝑquire cōſilium: vt di
citur thobie. iiij. ⁊ nō ab inſipiētibus
vt dicit̄ eccl'aſti. viij. Cum fatuis cō-
ſilium nō habeas: vt dicitur ibidem
vnde ꝓuer. xxiij. Aſtutus om̄ia agit
cum conſilio. ⁊ ſeneca in tractatu de
virtutibus ſic ait. Si prudens eē cu
pis futura ꝓſpice ⁊ que poſſunt con-
tingere animo intende. Nihil tibi ſu-
bitum ſit: ſed totum ante perſpicias
qui enim prudens eſt nō dicit nō pu
taui hoc fieri. Non enim dubitat ſed
expectat nō ſuſpicatur ſed cauet.

Capitulum viceſimum de mi-
litibus.

Militibus eo pacto v̄
tutes cōpetunt quo
milites interpretari
volunt. Miles enīꝫ
vir eſt quaſi ex mille
electus: ſꝫ qualis ele
ctio erit niſi virtutibus floreat ipſe q̇
tot homines precellit. Militib⁹ igi-
tur virtutes competunt corporis et
mentis: vt corpus in bello valeat et
mens bona ꝓuidentia dirigatur. Et
quāꝗ̄ omnē virtutem habere militē
decor eſſet: quaſdam tamen ſibi pre-
congruere legimus. Decet enim mili
tem fore ſtrenuū ac promptum ad
licitos ⁊ honeſtos labores. iuxta illō
quintilia. cā. vi. Labori inquit opor-
tet inſiſtere vbi effectus promittitur
q: naturalis eſt fauor pro laboranti
bus: vt inquit idem quintilia. li. iiij.
de oratoria inſtitutione. vnde ſeneca
ad lucillum. Generoſos animos la-
bor nutrit: nec eſt viri timere ſudorē
Nam mollicies eſt fugere laborioſa
vt inquit ariſto. iij. ethi. Erubeſcant
ergo milites temporis huius in qui-
bus nō ſtrennuitas ſed mollicies eſt
loco galee pileum caſtoreum accipi-
unt: ꝓ lancea baculum ſceptro ſimi-
lem ꝓ armis veſtes rubricatas ⁊ po
litas ⁊ omnē militie laborēꝫ plurimi
ad voluptatē tranſtulerunt. Uerum
tamē teſte virgilio in georgicis li. i.
Labor oīa vicit. ⁊ matheo in thobia
Eſt carnis cultura labor caro nuda
labore. Fit ſterilis ſpinis obſita meſ

ſis inops. Verecantur igitur milites
ocioſi ad labores tardi. Nã teſte va-
le. li. viij. c. viij. Ocium induſtrie ma-
xime videt̃ ɔtrariuz. itaqȝ milites ex
ercitio frequẽter debẽt habilitari: vt
laboribus ſubeſſe nõ ita timeant. nã
teſte gaufrido in poetria. Ars tritos
vſus ꝓmptos imitatio reddit. Arti
fices aptos tria ɔcurrentia ſummos
⁊ ouidi. iiij. triſtium. ingeniũqȝ meuz
longa rubigine leſum. Torpet ⁊ eſt
multo ꝙ fuit ante min⁹. Fertilis aſſi
duo ſi non renouetur aratro. Nil niſi
cũ ſpinis gramẽ habebit ager. Con-
tulit ingeniũ patientia longa maloꝝ
que verba innuũt exercitio indigere
volentẽ fieri virtuoſum eũ precipue
cuius vocatio militia eſt. vnde magi
ſter ſeilo. Diſcere ne ceſſes: aderunt
poſt ſemina meſſes. Poſt lachry-
mas riſus: poſt exiliuz ꝑadiſus. Fle
ſi ſolari: ieiunia ſi ſatari. Da ſi ditari
ſerui ſi vis dominari. vnde tul. in tu-
ſcula. qõnibus li. i. Grecoꝝ inquit ꝓ-
uerbium eſt qnã quiſqȝ nouit artem
in hac ſe exerceat. Erubeſcant igitur
nobiles pigri ⁊ puſillanimes quibus
mos nõ prelia ſed edia ſequi: nõ irru
unt ɔtra hoſtes: ſed ꝓximis emulan
tur. Caſtra vi non capiunt ſed femi-
nas ⁊ puellas violare non metuunt
vitam nõ exponunt ꝓ republice de-
fenſione: ſed potius breuiant dies
ex guloſa comeſſatione nõ petũt na-
ues vt tranſeant flumina: ſed nauiuz
vice odorifera poſcunt balnea: nõ ſe
vento exhibent aut pruine: ſed vm-
bram domiciliorũ ſectantur. His et
enim modis exercitiũ militie preter-
mittunt.

## Ca. xxi. de fidelitate militum.

Militantibus cõgruit vt ſint fideles. In h enim militia funda-
ta eſt: vt nulla frau-
de vituperet̃. vnde i
ꝓuer. ſapientum di-
citur ꝙ etiam hoſti ɔgruit tenere fi-
dem. Qui enim fidẽ ꝑdidit nihil põt
vltra perdere. ⁊ quintilia. cauſa. viij.
Non habet inquit cauſam loquendi
cui credi nõ poteſt: aut cui ablata eſt
omniuz verboruz fides omniſqȝ ſer
monis auctoritas. Abſcedant igit̃
hij qui ſe dicunt nobiles: ⁊ tamẽ frau
dibus ⁊ infidelitatibus ſua prelia ex
ercent quod ꝓmittunt minime tenẽt
Verũtamen tul. i. de officijs. Fũda-
mentum primũ iuſticie eſt fides. ⁊ ſe
neca ad lucilluz ep̃la. lxxxviij. Fides
eſt ſanctiſſimũ humani pectoris bo-
num: nulla neceſſitate ad fallendum
cogit̃ nullo p̃mio corrumpit̃. vnde re-
fert vale. li. iiij. c. viij. ꝙ cũ fabius ca-
ptiuos ab hannibale interpoſita pa-
ctione nũmorum recepiſſet: ⁊ illi a ſe
natu nõ preſtarent̃: miſſo in vrbem
filio fundũ quẽ vnicũ poſſidebat ven
didit: eiuſqȝ p̃ciuz hannibali ꝓtinus
numerauit. vnde vale. li. viij. Bone

fidei venditorem nec cōmodorū ſpeꝫ augere:nec incōmodorum cognitio⸗nem obſcurare oportet.⁊ lib.ix.ca.i. Occultū ⁊ inſidioſuꝫ malum eſt ꝑfi⸗dia cuius efficaciſſime vires ſunt mē tiri ⁊ fallere. Fructus in aliquo com miſſo ſcelere cōſiſtit: nepharijſqꝫ vin culis circūdat:⁊ tñ incōmodi affert humano generi ꝙtum ſalutis bona fides p̄ſtat. Nihilominus teſte ſalu⸗ſtio in iug. paucis carior fides ꝙ pe⸗cunia. Omnes etenim fideles eē ho⸗neſtum eſt. Illos tñ precipue quoruꝫ ſtatus militaris: quorūqꝫ vocatio ē rempublicā defenſare. Nempe tales ſi fidelitate careant:nimiꝝ ſi eorum hoſtes fidelitatē eis nō teneant. ita⸗qꝫ fidei ꝓditio vtrāqꝫ parteꝫ pugnā tium fugabit:vnam vi:aliam prodi⸗tione:⁊ ſic abſqꝫ fidelitate nulla fiet defenſa:ſed vndiqꝫ gignet̄ offenſa. Audiui etenim ſepius quoddam ge nus hoīum fidelitate carere. Mirū eſt igitur cur oppoſiti milites fideli⸗tatem in eis expectant; Infinitis nē⸗pe ꝓditionibus fraudati ſunt ab eis in quibus cōfidere nō ceſſant. vñ tul. in rhetorica prima. Summa inquit clementia eſt in eoꝝ fide ſpem habe⸗re:quorum ꝑfidia totiens deceptus ſis. Heu heu miſerum nuſꝙ tuta fi⸗des. inquit virgi. iiij. eneidos. ⁊ luca⸗nus. Nulla fides regni ſocijs. ⁊ ſub⸗dit. Nullis credite. ⁊ ouidius li. đ pō⸗to. Et cum fortuna ſtatqꝫ caditqꝫ fi des:qꝛ ſcꝫ multi extra manus hoſtiū poſiti: promiſſa obſeruare contem nunt. Nihilominus nulla grauior in famia:nullū peius infortuniū ꝙ infi⸗delitatis habere nomē. Nec ſapiens miles tm̄ odit hoſtes fideles ꝙtum cōmilitones infideles. vnde ouidius i. de arte amandi. Reddite depoſitū pietas ſua federa ſeruet. ⁊ lucanus li bro. viij. Ardua quippe fides robu⸗ſtos exigit annos: tanꝙ diceret ꝙ ro buſtus animus fidelis eſt:ſed fragi⸗litatis ⁊ nimie iuuentutis eſt frange re fidem. de qua arator li. ij. Hec eſt vera fides quaꝫ lex cōmūnicat̄ amo ris:medijſqꝫ tenebris apparet radia ta fides. Fit laurea iuſtis ex precio quod terror agit: menſuraqꝫ virtus creſcit in aduerſis. que verba nil aliđ ſonant ꝙ nulla ex cauſa frangenda eſt fides:ſed fidelitas in aduerſitate ꝓbatur ⁊ creſcit. Et ſicut milites fi⸗deliter obſeruare debent quod ꝓmit tunt;ita attēdere debent ne captiuis aliquid vi petant qđ infidelitatis oc caſionem exhibere poſſit. Attendāt etiam ne mala occaſione quoſqꝫ in⸗uadant. Nam genus infidelitatis ē nō ſolum a ꝓmiſſo recedere:ſed etiā friuole alijs inſidiari:aut ꝓximos p̄⸗lijs emulari. Heſito. n. an titulo pra⸗uo pugnantes in hoſtibus fidelitatē reperire mereant̄ aut vtrum ꝓmiſſa obſeruare teneant̄. Sic enim heſito vt qꝛ quicquid arbiter fidelitatē ſem per honā eſſe atqꝫ laudabilem quic⸗quid nō vitioſum ꝓmittitur iure te⸗

netur. Nihilominus tamen iuſto dei iudicio fit: vt qui inique ꝛ abſq̃ rõne preliant̃ in promiſſis decipiant̃. ita q̃ eſtimo iſtos hoc mereri. Difficile eſt tamẽ vt credam alios in ꝓmiſſis nõ teneri vbi ꝓximum vitio caret: vt prefert̃. Eſto etiam q̃ ↄſcia hos nõ obliget. tñ hoc vult militia vt fideli tatem in oĩbus obſeruare noĩentur. Attendãt igit̃ milites vt iuridice ꝓ lia ſuſcipiant. vnde ouidius de arte. Judice me fraus eſt cõceſſa repelle re fraudem: armaq̃ in armatos ſu mere iura ſinunt. ꝛ li. ſine titulo. Se pe ſopoꝛatos inuadere ꝓficit hoſtes ſcꝫ iuridice. ꝛ ibides li. ij. Pugna re luctanti ceſſat in hoſte magnus. ꝛ. iij triſtium. Pugna ſuum finẽ cũ iacet hoſtis habet. Attendat aũt miles ne de ſe nimis confidat etiã ſi ius habe at: q2 teſte catho. Victorẽ a victo ſu perari ſepe videmus. ꝛ claudianꝰ in maioꝛi. Sepius in caute nocuit vi ctoꝛia turbe. Sit etiã miles animo ſus in iure ſuo. iuxta illd ouidij in epi ſtolis. Non faciũt molles ad fera te la manus. Paruum certamen pre lia magna mouet. Milites igit̃ iuri ſuo ideo faueant fideliterq̃ prelient̃ alienoq̃ iuri minime derogent vt in fidelitas mihi oꝛiat̃. Que enim tibi militie gloꝛia: ſi ꝓpꝛiam patriã inua dis: ſi ex ira vł ſuperbia preliari con citaris: aut ſi pꝛopꝛio opere vincaris aut ſi maius damnum ex caſu q̃ cõ modum ex victoꝛia ſperare videaris Nomine enim cõmodi nõ ſolum fa cultates ſed etiam famã ꝛ honoꝛem intelligi puto. Nempe aliqui predi ctis ex cauſis pꝛelia ſuſceperunt quo rum opus iure laudeq̃ caret: q2 te ſte tullio in antonium omnino nulla cauſa iuſta eſt cuiq̃ contra pꝛopꝛiaꝫ patriam pugnare. ꝛ idem tullius ꝓ marcello. Iracundia inquit ꝛ ſuper bia conſilio inimica eſt: cuius occa ſione pꝛelia fieri nõ debent. Rurſus in ꝓuer. ſapientum dicit̃ q̃ his puni tur qui pꝛopꝛijs armis perit. Diu er go pꝛeparandum eſt bellum: vt vin cas ſcelerius. Ceterum ſuetonius li bꝛo. xx. de. xij. ceſaribus. Auguſtus inquit pꝛelium ſuſcipiendum omni no negabat: niſi maioꝛ emolumenti ſpes q̃ damni metus oſtenderetur. His itaq̃ allegationibus clare pa tet pugnam iuxta ratione tantũmo do aſſumi debere. Itaq̃ fidelitaſ nõ ſolum in pꝛomiſſo: ſed etiam in ag greſſum circunſpicienda eſt. Mili tia autem dedecus patitur niſi fideli ter exerceatur: ꝛ in milite nil pulchꝛi us eſt q̃ fides eius: non ſolum erga homines: ſed etiam maxime atten dere habet: vt ſua militia deo ſubſer uiat. Nullus enim miles tantũ pꝛin cipi q̃tum deo tenet̃. Attendant igi tur milites dominis ſuis fideles deo tamen non neglecto debere exiſtere. vnde policratus lib. vi. ca. v. dicit q̃ duo ſunt ꝓcipue in milite. ſcꝫ electio ꝛ ſcãm: vt ſcꝫ fedus ꝓmiſſuꝫ teneat

Et vegetius loquens de re militari dicit ꝙ totus reipublice ſalus in hoc conſiſtit: vt tyrones ſcʒ milites non tantū corporibus: ſʒ etiam animis p̄ſtantiſſimi cōpareant: atqȝ iuramenta ſuis principibus facta obſeruent. Verūtamē eſt ꝙ milites principi tēporali potius ꝙ̄ deo fidem ſeruant. vnde ꝓh dolor illa ſollēnis cōſuetudo inoleuit qua fiebat: vt quilibʒ miles ipā die qua miles fiebat ingrederetur eccl'am atqȝ gladio ſuꝑ altare poſito ⁊ oblato ſollēniter iurabat ſe ꝓ defenſione fidei certare ⁊ deo perpetuo famulari. vnde vege. li. iiij. ca. i. narrat quomodo milites deo iurare debent: ſuoſqȝ principi ꝑ deuʒ ſcʒ de fidelitate ſeruanda. Narrat etiaʒ tul. i. de offi. ca. xi. quō pompilius imperator filiū catbonis in ſuo exercitu admittere noluit: niſi prius cum ſacramento fidelitatem ſibi iuraret. Hec aūt omnia dicta ſunt: q2 fideles ſcʒ xp̄i milites vſqȝ ad mortē certare debent: vt ſcʒ eccl'a protegatur ⁊ legis chriſtiane veritas ꝓmulgetur. vnde policratus li. vi. c. vij. Huius inquit militie eſt ordinate tueri eccl'am ⁊ ꝑfidiam impugnare: ſacerdotiū venerari: pauperēʒ defenſare: iniurias placare: ⁊ ſi opus eſt animaʒ ponere: vt ſcʒ de illis verificetur illud ꝓpbete. Gladij ancipites in manibus eorūʒ. Nunc tamen hominum militia fidē chriſtianam nō fouet: ſed potius deprimit. Verūtamen legimus apud antiquos hunc mōrem fuiſſe: q2 ſcilicet milites ſpolia hoſtium dījs cōſecrabant. valerius li. ij. ca. i. de iulio ceſare narrat ꝙ ꝓhibuit ſpoliari templa. ⁊ ideo per bienniū remanſit inuictus donec preſumpſit inſurgere cōtra deos atqȝ inuadere tēplum appolinis. Idem etiaʒ narrat policratus vbi ſupra. Itē egiſippus narrat quomodo pompeius nō permiſit ſpoliari templa. ⁊ ideo ſibi ꝑpercit alexander. Ex his igitur patet ꝙ militia eccleſiam debet ꝓffenſare. Moderni tamen milites coram mulieribus de bellis narrant: ⁊ coram ſimplicibus de victoria illuſtrium militum ſe iactant. nec tū̄ habent belland i vſum vel artem: q2 laſciuie potius ꝙ̄ militie intendunt. Verumtamē laſciuia milites eneruat: vt docet ſeneca epiſtola. liij. vnde ibidem ait ꝙ indurandus eſt animus militis ⁊ blandimentis voluptatum ꝓcul abſtrahendus Nempe hannibalem induratum niſi ous ⁊ laboribus campanie fomenta eneruauerunt. Armis inquit vicit fuit tamen vitijs victus. Attendendum eſt igitur quomodo gedeon cū trecentis viris qui aquam non biberunt: ſed curuatis genibus diutiſſime penam ſuſtulerunt victoriam obtinuit. Sic enim milites non in voluptatibus: ſed in laboribus exercere debent militiam: vt tanquam animalia diuiſa ſint: imperpetuum ſignum federis.

## Ca.xxij. de bellis.

PRelium illicita occa⸗
ſione ſuſceptum ma
lo iuridice debet fiue
terminari. vñ augu.
v. de ciui. dei. ca. xxij.
cõcludit ꝙ bellũ nun
ꝗ̃ debet fieri ſine magna neceſſitate
ꝛ ſine iuſta cauſa. nam iudith. v. legi
tur ꝙ alchioꝛ alloquendo oloferne
poſtꝗ̃ plurima dei beneficia recita⸗
uit concludit dicens. Nunc igitur do
mine perquire ſi eſt aliqua iniquitas
eoꝛum in ꝯſpectu dei ꝛ aſcendamus
ad illos; quoniã tradens tradet illos
deus eoꝛum tibi. ſi aũt nõ eſt offenſa
populi huius coꝛam deo ſuo; tũc nõ
poterimus reſiſtere ei: quaſi diceret.
ꝙ nõ eſt bellandum niſi cum iuſta cã
ſi aũt iuſta cauſa fuit nõ eſt timẽdu
vnde nume. xiij. Nolite timere deus
vobiſcum eſt. ꝛ leuitici. xxvi. Si in p̃⸗
ceptis eius ambulaueritis ꝛc. ꝛ ſe⸗
quitur. Perſequimini inimicos ve⸗
ſtros ꝛ coꝛruent coꝛam vobis. Nec
tamen ſufficit vt bellandi cauſa iu⸗
ſta fuerit: ſed etiã vt iuſti ſint q̃ pꝛeliã
tur. vnde ioſue. vij. legitur ꝙ pꝛopter
peccatum ipſius achoꝛ multi de po⸗
pulo fuerunt occiſi. Pꝛincipes igit̃
ſunt infoꝛmandi tpe belli: vt dicit̃ ec⸗
cleſiaſti. iij. Sed nunc ꝓch doloꝛ vi⸗
demus aut pꝛelia ſine iuſta cã fieri:
ut ab iniuſtis pſonis bella cõpleri:
tꝗ modernoꝝ dominia in tyranni⸗

am mutata ſunt nec dominant̃ vt fo
ueant: ſed vt ſpoliare ſtudeant. Attẽ
damus enim illud iob. l v. Numerus
annoꝛũ incert⁹ eſt tyrãnidis eius: q2
ſcꝫ dñium tyrannoꝛũ bꝛeue eſt ꝛ ca⸗
ſum de iure poſtulat. quinimo ſignũ
maximũ pditionis eſt dominij quan
do p̃nceps ad tyranniã inclinat̃: aut
ſuos officiales tyrannizare pmittit.
ideo eccl'a. x. dicit̃. Regnũ a gente in
gentem transferet̃ ꝓpter iniuſticias
ꝛ contumelias ꝛ diuerſos dolos: vt
patuit de ſaule. i. regũ. xij. Quapꝛo⸗
pter quicunꝗ tyrannus eſt: de peri⸗
clitatione dominij ſui foꝛmidare ha⸗
bet. Ille aũt eſt tyrannus qui eſt rex
iniuſtus: vt ponit aug. ij. de ciui. dei.
ca. xx. ꝛ ariſto. viij. ethicoꝛu ponens
differentiã inter regẽ ꝛ tyrannum di
cit ꝙ tyrannus eſt qui comodum ꝓ⸗
pꝛium intendit. Rex autẽ dicitur qui
ſubditoꝛum querit vtilitatem. vñ in
ꝓuer. xxviij. Leo rugiẽs ꝛ vꝛſus eſu⸗
riens p̃nceps impius ſup populum
pauperẽ: dux ingens pꝛudentia mul⸗
tos oppꝛimit p calũniam. de quibus
iſaie. i. dicitur. Pꝛincipes tui infide⸗
les ſocij furum omnes diligunt mu⸗
nera. vnde ſeneca li. iij. de naturalib⁹
queſtio. capi. i. Potius inquit decet
deoꝛum opera celebꝛare ꝗ̃ philippi
aut alexandri latrocinia: nec l p̃cipuũ
eſt in rebus humanis claſſibus ma⸗
ris tranſire ſeu emuloꝝ iniurias ſub
egiſſe. Nulla inquit maioꝛ eſt victo⸗
ria ꝗ̃ vitia domuiſſe: q2 innumerabi⸗

les ſunt qui vrbes ⁊ populos habue
runt in ſua poteſtate:ſed pauciſſimi
peccatis caruerunt. Nunc tamē pri=
cipes vitia domare nō curant:ſ; om=
ni tyrannia preintenta ſubditorum
vtilitatem atq; virtutum acquiſitio
nem ꝑtermittunt:nec bella intercipi
unt vt iuſticiam foueant:ſed potius
vt ſuis pompis ⁊ iactantijs ſatiſfa=
cere queant. Tales enim nō reges ſ;
tyranni ſunt:q2 non aduerſarios ſed
ſubditos īuadere petūt. de quib⁹ po
li. li. viij. c. i. dicit ꝙ tyranni ſunt q̇ nō
legibus ſed ꝓprio arbitrio imperāt
Reges autem ſunt qui ꝓprium arbi
trium legibus ſubmittunt. ⁊ ide; po
licratus libro. iij. concludit ꝙ tyran=
num occidere iuſtum ⁊ equum eſt.
vn̄ tullius. iij. de officijs ca. vij. Nul=
la eſt inquit nobis ſocietas cum ty=
rannis:ſed potius ſumma diſtinctio
Neq; enim cōtra naturam eſt tyran
num ſpoliare ſi poſſis:ſed etiam ne=
care eſt honeſtu;. Etenim membra
amputanda ſunt ſi ſanguine ⁊ ſpiri=
tu careant ne ceteris membris noce=
ant. Illa igitur infirma hominum fe
ritas:⁊ inhumanitas a cōmunitate
ſegreganda eſt ne ſubditam plebem
contaminare poſſet.

Capitulum viceſimumtertium
de regimine militum.

Militia proſperari ne=
quit:vbi nulla virtus
vbi ſenſus nō habitat
vnde romani teſte po
licrato libro. vi. ca. vij.
Preualuerunt aduerſus multitudi=
nem gallorū:ꝑ ceritate; germanoꝝ
vires hyſpanorum:dolos afroru;:⁊
hoc per felicitatē ⁊ ſapiam. Sic etiā
per fidem atq; veritatis ſtudiū que=
cunq; peccatorum cōtagia ſubiuga
re poterimus. vnde ꝯſtum ex narra=
tionibus colligit̄:milites olim poti⁹
ingenio ⁊ ſapiētia preualuerūt ꝙ vi
ribus corporis:ſic pariter in via mo
rum potius eſt incedendum ſm̄ ſapi
entiam chriſtiane legis ꝙ ſm̄ vires
corporis. Nam ſicut in gen̄. legitur
Eſau in viribus corporis erat forti=
or iacob. ⁊ tn̄ ab ipſo ſc; iacob eſau
ſubplantatus fuit. Non igitur in vi=
ribus ꝓprijs confidendu;:ſed in ſa=
pientia leigs meditandum eſt:vt ſc;
nō nobis ſed ſcripture ſacre cōſilijs
acquieſcamus in qua theſauri ſapiē=
tie abſconditi ſunt. vnde pompeius
li. xi. narrat ꝙ alexander a patre ſuo
exiguam militiam accepit. Verūta=
men docta ⁊ in prelijs aſſueta erat. ⁊
ideo ip̄a mediāte innumerabiles ho
ſtes ſupreſſit:ſic etiam dum naſci=
mur modicam militiā ⁊ modicas vir
tutes accipimus. ſi tn̄ in fide inſtrua=
mur ⁊ in bonis operibus exercitemur
ꝯtra hoſtes p̄ualebimus. vn̄ vege. li.

iiij.c.i.narrat ꝙ aſſita licet nauiū vſu nō indigeret ne tamē milites torpe-rent iuſſit naues edificari et milites ibidē exercitari:ſic nunꝙ̄ occioſi eſſe debem⁹ ne carnis deſideria ſuccūbe-re nos faciāt. Plures tñ nō exercitiū bonoꝝ ſed maloꝝ frequētant. nihilo minus tñ narrat vege. vbi ſupra qualiter catho ſuis militibus precepit vt rapinas nō facerēt ſub pena abſciſionis dextre manus. qꝛ inquit militem ꝑdari nō licet. Inſup li. de vita ceſarꝫ exemplū ſatis conforme legiť. Non debemus igiť in prauis ſed in bonis ⁊ licitis opibus exercitari atqͫ nō de ꝓprio ſenſu:ſꝫ de ꝯſilio ſacre ſcripture ꝯſidere tenemur. vnde narrat valerius li.ij.c.ij. ꝙ diſciplina militaris romano impio multaꝝ vrbium dominationē atqͫ regnorum ⁊ gentiū regimen largita eſt. Simus igitur ſapientes:qm̄ vita hoīs militia ſup terram. Dicit enim policra. li.vi.c.viij. ꝙ militū vocatio eſt vt nō ꝑmittant. R. P. egere aut perire. Non ſunt ergo milites qui ꝓpriam aīam in peccatꝫ dānari ꝑmittunt. vn̄ egiſippus li.v. allegat dictū titi dicentis ꝙ in exercitu nō ſolum requiriť virtus corꝑis ſꝫ etiā mentis:nec contra hoſtē fortitudo ſed diſcipline norma ne ſcꝫ miles ſit crudelis vel impius:aut ne prede potius ꝙ̄ victorie ſit intētus. vnd̄ luce.iij. Militibus diciť:cōtenti eſtoſte ſtipendijs veſtris. ⁊ eſt verbum beati iohannis baptiſte. Plures autem huius tꝑis viri ſe iactant nobiles indeqͫ ſupbiunt ⁊ alios contēnunt: ceteroſqͫ ruſticos nuncupant. et tñ ipi qui talia frequenter dicunt viliſſimis opibus ſuam nobilitatē obſcurdunt ⁊ cū alijs iniuriantť ſe ignobiles atteſtanť. Utinam attenderēt illud iob.xxxi. Nunqd nō in vtero fecit me qui ⁊ illum. ſup quo grego. ꝑmo moralium ca.xxi. Omnes inquit hoīes natura fecit equales. De nobilibus inquit propheta ozee.ix. Gloria eorꝫ ab vtero ⁊ partu. ⁊ boetius.iij. de cōſolatione.ca.vi. O inquit ꝙ̄ inane et ꝙ̄ inutile q̇s videat. Et declarat ibidem q̄liter nobilitas nō eſt niſi laus parentum:nec dꝫ aliquis gloriari ď laude aliena. vnde hieronymus epl'a ciij. Non eſt inquit gloriandū de nobilitate carnis:qꝛ nec virtutes nec vitia parentum imponenda ſunt filijs niſi ſupple fuerint imitatores parentum. ⁊ chriſoſtomus ſuper matheū omelia.v. Nobilitas inquit ſeu bonitas parentum nō valet niſi fuerimus noſipſi boni. ⁊ omelia.xlix. cōcludit ꝙ nō valet habere iob in patrē ſine operibus iob. ⁊ omelia.xix. ſic ait.

Nihil inquit prodeſt malis bonitas parentum:⁊ nihil obeſt bonis malitia. Etenim illi nō ſunt nobiles:quia ſplendore parentum receſſerunt ſordibus ⁊ nequitijs vacantes:vt declarat valerius li.iij.c.v. Quāobrem de tali nobilitate iuuenal' dicebat. Omne animi vitiū tanto ꝯſpectius in ſe

crimen habet: quãto qui peccat ma-
ior habetur. Nam ille nobilis eſt qui
v̾tutibus claret: vt ait ſeneca epiſto
la. xlv. Nam talis nobilitas donum
nature eſt; nec debet exinde quis glo
riari. quinimmo debet quiſq̃ tanto
eſſe humilior ex munere q̃to ſe obli-
gatiorem eſſe conſpicit in reddenda
ratione: vt inquit gregorius libro p̃-
mo omelia. ix. ⁊ apoſtolus corinthi.
iiij. Quid inquit habet quod non ac-
cepiſti. ſi autem accepiſti: quid gloria
ris quaſi nõ acceperis. ideo hieremie
ix. dicitur. Non glorietur ſapiens in
ſapientia ſua: nec fortis in fortitudi-
ne ſua. Ea enim que natura dedit
nec laudem nec vituperium faciunt
ſed ea ſolummodo que libere contra
huntur ⁊ fiunt. ideo apoſtolus p̃mo
ad corinthi. xi. dicebat. Gloria enim
noſtra hec eſt: teſtimonium conſcien
tie noſtre: quaſi dicat q̃ nõ ex natu-
ralibus debemus gloriari: ſꝫ ex mo-
ribus ſeu proprijs operibus.

¶ Finit liber nonus.

¶ Incipit decimus in quo tra-
ctatur de diuerſis ſtatibus vi-
uentium ſub principe ⁊ habet
xvij. capitula. cuius p̃mum eſt
de diuitibus ⁊ eorum ſtatu.

Qui ſectantur a-
uaritiam virtu
tibus vt pluri-
mum nõ inten
dunt: ſed quid
pſunt diuitie:
ſi virtutes non
habeantur. Narrat enim vale. lib. iij.
q̃ ſcipio oĩa tp̃alia poſtponens vir-
tutes pretulit. vnde cũ ipe apud ſena
tum romanoꝝ accuſaret̃: ipe reſpon
dit. Cum ego inquit africã vobis ſub
egiſſem: nil aliud exinde niſi cogno-
men portaui: q2 ſcꝫ fuit dictus ſcipio
africanus eo q̃ africam romanis ſub
iecerat. et ideo ſtatim ſubdit. Locu-
pletior inquit ſum inuidia q̃ pecunia
q2 ſcꝫ hoĩes inuidebant plus virtuti-
bus q̃ pecunijs ſuis: q2 etiam virtu-
tes querebat potius q̃ diuitias. Si
cut enĩ dicit̃ puer. xv. Cõturbat do-
mum ſuã qui ſectat̃ auaritiã. ⁊ puer
bio. xxviij. Qui odit auaritiã longi fi
ent dies eius. Narrat enim vale. li. v.
q̃ pſules romani in tm̃ paupes erãt
q̃ dum morerent̃ liberis ſuis nihil re
linquebant. vnde ſenatus romanoꝝ
eoꝝ liberis puidere cõſueuit. Inſup
li. ij. de nugis phorum de artagogle
rege legit̃ q̃ aurum tam q̃ fictilia ſpre-
uit. vnde dicebat q̃ pſtantius eſt ful
gere moribus q̃ rebus. Ipe enim vt
ibidẽ dicitur. Rex cecilie fuit ⁊ hoc p
fortunam: q2 pater ſuus figulus fue
rat: ⁊ ideo vaſis fictilibus ſemp vte-
batur. vñ dicebat. Non debeo pp̃ter

tam quam in iuuentute conſueuerūt
Ipſis igitur congruit a primeua eta
te capere eos mores quos in poſte-
rum tenere ipſis libeat. vnde eccleſia
ſtici. xi. Letare iuuenis in adoleſcen-
tia tua: ⁊ in bonis ſit cor tuum in die
bus iuuentutis tue. Nam in his de-
lectari eſt nobis naturale: in quibus
ab infantia delectari incepimus: vt
patet. v. ethicorum. Ideo eccleſiaſti-
ci. xxv. dicitur. Que in iuuentute tua
inquit nō congregaſti: quaſi dicat ꝙ
nō inuenies. Ideo ſapiens prouerbi.
v. dicebat. Ne des alienis tuum ho-
norem: ⁊ annos tuos ne des crudeli
ne forte impleantur extranei viribus
tuis. Cuius contrarium plures faci-
unt iuuenes qui tantum ſuis domi-
nis temporalibus famulari ſtudent
⁊ propriam ſalutem deſerunt ⁊ ſuis
obſequijs dominos impinguāt: ſuā-
q; animam damnant. Iuuenes igi-
tur mores acquirant: quibus inſiſte-
re in ſenectute deſiderant: qui ⁊ ſi ſa-
ni ſunt bene operentur: nec ad diem
extremuz differant. vnde gregorius
in ſuo paſtorali libro. ij. capi. xiij. A-
monendi ſunt inquit incolumes: vt
ſalutem corporis exerceant ad ſalu-
tem mentis: ne accepte incolumita-
tis gratiam ad abuſum inclinent: ne
etiam deteriores fiant: aut ne opor-
tunitatem ſalutis promerende deſpi
ciunt. Nempe ſi peccatis nulla debe
tur pena adhuc plurima vitia ꝓpter
corporis ſanitatem ſunt vitanda. vñ
Seneca epiſtola. xcix. Multos in-
quit morbos multa fercula ferūt: ⁊
medicina quondā paucarū herbaruz
ſcia fuit: ſꝫ poſtmodū mille īuēte ſut

conditure: vt auiditas caſtrimargie exercitari poſſet. Nam deſiderantibus alimēta egritudines contingūt nunc pallor: nunc neruorū vino madentium tremor: nunc oculoꝝ: nunc aurium enormitas & innumerabilia ferorum onera crapula gignit: qm̄ ꝓpter crapulam multi obierunt & qui abſtinens eſt adijciet vitam.

Ca. ix. quomodo coniuges debent cōuiuere in amicitia.

Apoſtol' dicit ad ephe. v. Viri diligite vxores veſtras ſicut xp̄s eccl'am. Nempe veteres in cōiugio etiam vſq ad mortem ſe amauerunt. vnde vale. li. iiij. c. vi. narrat q. C. gracch' corneliam ſuā vxorem intantū dilexit q ꝓ ipa a morte liberanda mori voluit: atq ſeipm̄ interitu ſerpentis occidi ſuſtinuit: q2 ſibi aruſpex ſeu diuinator dixerat vxorem ſuā a morte aliter liberare non poſſe. Item narrat ibidem q. Q. plantius audita morte vxoris doloris impotens pectus ſuū gladio ꝑcuſſit. Narrat etiam ibidem q. M. plātius cū vxor ſua ore ſtilla deceſſiſſet: funerata ea & in rogum impoſita inter offi̅m vngendi et oſculādi diſtricto ferro incubuit quē amici ſicut erat togatū & calciatum corpi ꝯiugis iunxerūt: ac deinde ſubiectis faucibus viruq cremauerunt ecce quāta viroꝝ dilectio. Sed numquid femine viros ſic amauerūt. narrat enim ibidē vale. q cū iulia filia ceſaris vidiſſet veſtē ſui ꝯiugis ſcz pōpei magni cruore ꝯſperſam ipa territa metu ne ſibi violentia facta fuiſſet partum quē in vtero ꝯceptum habebat pre nimio dolore emittere fuit coacta. Narrat inſup ibidē vale. q porcia filia catbonis cū vidiſſet virū ſuū ſcz brutū interemptū ferrum poſtulabat: vt ſeipam interficeret: & q2 nō dabatur. ideo carbones ardentes ore haurire nō dubitauit & nouo genere mortis ꝯſumpta eſt. Ibidē etiam de vxore mitridati regis legit q virum ſuū intantū amauit q ſeipam in habitum virilē transformauit tonſiſq capillis ſuū decorē ex toto aſpreuit: vt ſui ꝯiugis ꝑiculis intereſſe poſſet. vnde cū mitridatus a pōpeio fuiſſet deuictus ipeq fugeret eius vxor ſemper inſecuta fuit: ſuiq viri ꝑſecutionem alleuiās ꝑ oīa ꝯſolata fuit. Si igit gentiles in ꝯiugio tantā amicitiam ſeruauerūt: nunqd fidelibus eſt oportunū vt amicitia in eis cōperiatur. Nam ꝓſperitas amicitia mater eſt. Fedus enī ꝯiugij & amore inchoatur: & amore manutenet: nō qdem amore voluptatis: ſz gratifice ſocietatis ſub ſpe obtinende ꝓlis. vn̄ hugo li. i. de ſacris parte. v. c. viij. inquit Bonum ꝯiugij eſt vt ſpes ꝓlis deuote expectet amanter ſuſcipiat religioſe nutriat. & ibidem ca. iij. Inſtitu

tio inquit coniugij ante peccatũ fuit ad officium vt natura multiplicaret ſed poſt peccatũ eſt ad officium ⁊ remedium ad officiũ vt ꝓles habeat ⁊ ad remediũ: vt vitiũ euitet. Merito igitur apls .i. corinth. vij. dicebat. Qui habent vxores ſint tanq̄ non habentes: q2 ſcz nõ libido ſed proles querenda eſt. vnde hierony. cõtra iouinianũ. Uir inquit ideo debet amare vxorem vt nõ feratur ad voluptatis impetũ: q2 nihil fedius eſt q̄ vxorem diligere ſicut adulterã. ⁊ narrat ibidem de quodã qui vxorẽ ſuaz tm̄ diligebat ꝙ eius p̄ſentia carere non poterat. ⁊ ideo dicit hierony. Origo amoris honeſta ſed magnitudo difformis: quaſi diceret ꝙ cõiugiuz honeſtum eſt ſed talis amor vilis eſt. Cõmemoremus enim veterꝫ caſtitatem. Narrat enim vegetius lib. ij. de cõtinentia alexandri ꝙ cum fuiſſet ei oblata virgo pulcherrima: cuidaz tñ principi deſponſata illam nõ aſpexit: ſed cum donis ad virum ſuũ remiſit: ⁊ exinde omnes p̄ncipes ſibi reconciliauit. Simile etiaz narrat valerius de ſcipione li. iiij. ca. iij. vt dictum eſt. Inſuper idem valeri. narrat de xenocrate philoſopho ꝙ cum apud athenienſes eſſet pulcherrima puella nobilium vſui deputata ſibi nobiles iuuenes ꝓmiſerunt p̄ciũ argenti dare ſi poſſet corrumpere continentiaz xenocratis. At illa promiſit ⁊ ſi non poſſet precium duplicatum reſtituere conſenſit. Nocte igitur ad xenocratem acceſſit quem mutare nõ potuit. Mane igitur nunciauit ⁊ nobilibus potentibus promiſſum reſpondit. Nõ inquit de ſtatua pignus poſueram ſed de homine quaſi diceret ꝙ xenocrates rõne ſue immobilitatꝫ erat quaſi ſtatua.

## Ca. x. de fidelitate coniugum.

Teſte hugone de ſacramentis li. i. parte. v. c. vij. Quilibet eoruz ſcilicet ꝯiugum debet tenere fidem alteri firmiter. Uir eniz nõ habet ptãtem ſui corporis ſed mulier: ⁊ econtra vt etiam habet̃ p̄mo ad corinth. vij. vnde ambroſius in ſuo examerõ. Nolite querere viri alienum thorũ: nolite inſidiari aliene copule: q2 graue peccatum eſt adulterium. Nam deus euã fecit de coſta ade: atq3 iuſſit ambos eẽ in vno corpore ⁊ in vno ſpiritu viuere. Cur igitur vnũ corpus ſeparas: cur vnum ſpm̄ diuidis. Adulteriũ ſiquidem nature vitium eſt. Nam bos et equus ſuos cõpares diligũt. Tradit enim alexan. nequã li. de naturis reꝝ ꝙ ciconia abhorret adulteriũ. vnd̾ ſi femella alteri ciconie iuncta fuerit: tunc ſuus compar cõuocatis multis alijs ciconijs: ciconiã adulterã interimit. ⁊ narrat ibidez exẽplum q̃uo miles quidã ciconiã adulterantẽ vide

rat: ſed ad ſuum cõparem rediens ſe
lauabat. miles tamen impediuit ne
poſt adulterium ſe lauare poſſet: ita-
qꝫ multis aduenıẽtibus ciconijs ipo
vidente ciconia adulterata interem-
pta fuit. Ecce ergo patet ꝙ natura
fidelitatem coniugij poſtulat. Item
ꝑe quondam inter ꝯiuges maxima
fidelitas viguit. Narrat enim vale. li
bro. vi. c. vij. ꝙ cum ſulpicia a matre
ſua iulia diligentiſſime cuſtodiretur:
ne virum ſuũ lentulũ ꝓſcriptũ a triuꝫ
viris in ſiciliam ꝓſequeref: ipa tñ ſi-
mulata veſte cũ duabus ancillis: et
totidem ſeruis clandeſtine fugiens
ad ſuum virũ ꝑuenit: nec recuſauit ſe
ipam ꝓſcribere: vt ei fides ſua in cõ-
iuge proſcripto cõſtaret. Narrat in-
ſuper ibidem ꝙ turia. Q. lucreſũ vi-
rum ſuum a triũuiris ꝓſcriptum in-
ter cameram ꝛ tectũ cubiculi abditũ
vna ꝯſcia ancillula ab imĩnẽti exitio
nõ ſine magno periculo ſuo tutuꝫ ꝑ-
ſtitit: ſingularıqꝫ fide id egit ꝛ cũ ce-
teri proſcripti in alienis ꝛ hoſtilibus
regionibus ꝑ ſummos corpis ꝛ ani-
mi cruciatus vix euaderent ille in cu-
biculo ꝛ cõiugis ſinu ſalutem retine
ret. Item narrat ſolinus lib. x. c. vi. ꝛ
etiaꝫ tul. li. v. de tuſcu. q̃ſtõibus ꝙ in
india licet plures mulieres virum ha
beant vnuꝫ. eſt tamẽ tanta fidelitas
ipaꝝ ad virum ꝙ viro mortuo co-
raꝫ iudicibus accedũt: atqꝫ ꝯtendũt
que ipaꝝ cum viro ſepeliaf: illaqꝫ fe
liciorem eſſe ſe putat que cum viro ſe
peliri meretur. Alie vero cuꝫ nota in
famie viuunt ꝛ pre triſticia frequen-
ter decedunt. Si igitur vni viro plu
res femine ſunt tam fideles. Nunq̃d
igitur ꝑamplius in religione xp̄iana
vna debet eẽ vni fidelis ꝛ ecõuerſo.

Ca. xi. quomodo coniugia legiti-
me ſunt contrahenda.

Quoniam vt ait magi-
ſter ſniarum lib. iiij. di.
xxvij. Matrimonium
eſt legitima ꝯiunctio
maris ꝛ femine vnio-
nem xp̄i ꝛ eccl'e repreſentãs: qꝛ ſcꝫ in
xp̄o omnia matrimonia firmari de-
bent. vnde vale. li. vij. c. ij. narrat q̃uo
themiſtodes quendã virum filiã vni
cam habentẽ ꝯſulebat qualiter eam
deſpõſare deberet: ſcꝫ vtruꝫ aut pau
peri aut locupleti ſeu virtuoſo. vnde
dicebat. Malo inquit virũ pecunia
q̃ pecuniã viro indigentẽ: quaſi dice
ret ꝙ ꝑferende ſunt virtutes diuitijs
ſed nunc matrimonia oĩa fere corru-
pta ſunt ꝛ ꝑ auaritiaꝫ ꝑuertunf: ꝛ iõ
poſuit legẽ ligurgus rex ꝙ virgines
ſine dote deſponſarenf: ſicut narrat
pompeius li. iij. Quedã enim matri-
monia ꝑ ꝯcupiſcentiam cõtaminanf
cuius oppoſitum de iſaac legimus.
qui vxorem incognitã de remotis ꝑ-
tibus adductam accepit: vt habetur
geñ. xxv. Sic enim nõ per cõcupiſcẽ-
tiam vxor aſſumenda eſt: vt honora-

hile ſit cõiugium ⁊ thorus immacu-
latus. ad hebre. xiij. Sed aliqui for-
nicationibus ⁊ adulterijs vacantes
matrimonia diſſuadent cõtra quos
loquitur aug. ij. de ciui dei ca. xvij. di
cens ꝙ matrimoniuꝫ fit inter hoïes
vt honeſta cõcordia inter eos habea
tur. vnde omelia. viij. dicit aug. ꝙ de
us nuptijs interfuit preſciens hereti
cos futuros matrimonia ꝓhibẽtes
Sed quid dicemus ꝙ multi ſapien
tes vxorem ducere diſſuaſerunt. vnđ
valerius vbi ſupra narrat qualiter
ſocrates cuidam adoleſcentulo que-
renti vtrum vxorẽ duceret: reſpondit
Quodcunqꝫ enim feceris nouerꝫ te
penitentiã acturum. Nam cõtinere
carni penoſum eſt ⁊ vxorẽ ducere ſol
licitudo eſt ꝑpetua. Itẽ theofraſtus
li. ſuo de nuptijs matrimoniũ diſſua
det. Unde querit an ſapiens debeat
vxorẽ ducere. ⁊ cõcludit ꝙ nõ: q2 im-
pedit ſtudia phie ⁊ ſumptus exigit
variaqꝫ onera. Et vxori ſi domuꝫ re
gendam cõmiſeris ſeruus eris. ſi aũt
tuo arbitrio aliquid reſeruauerꝫ fidẽ
ſibi habere nõ putabit: ⁊ ſic iurgia q̄
ret ⁊ venena diffundet. ⁊ ſubdit. Si
pulchra cito adamatur ⁊ difficulter
cuſtoditur. ſi aũt feda moleſtum eſt
poſſidere quod nemo habere digna-
tur. Ex quibus omnibus matrimo-
nium diſſuadet dicens ꝙ multe ſunt
moleſtie nuptiarum. Ceterum nar-
rat hieronymus contra iouinianum
quomodo cicero rogatus fuit ab hir
cio vt vxorem ſuam duceret. Ille au
tem reſpondit ſe nõ poſſe vxori ⁊ phi
loſophie operam dare. His autẽ nõ
obſtantibus matrimonia licite ſunt
cõtrahenda licet caſtitas ſit prehō-
noranda: ⁊ licet viris ſtudioſis ⁊ vi-
ris eccleſiaſticis matrimonia non cõ
petant: ꝓut predicte narrationes cõ
cludũt. nihilominus alijs ſeculariter
viuentibus licite matrimonia cõgru
unt. vnde p̄mo ad corinthi. vij. Uir-
go cogitat que dei ſunt: que aũt nu-
pta eſt cogitat que ſunt mundi. Ad-
uertendum tamẽ ꝙ in ducendo vxo-
rem atqꝫ manutenendo multa exigi
tur patientia atqꝫ cautela. Narrat
eniꝫ hieronymus vbi ſupra ꝙ ſocra
tes vxores duas habebat que cum
crebro inter ſe iurgarentur: ⁊ ille eas
irridere eſſet ſolitus ꝙ propter ſe fe-
diſſimum hominem: ſimis naribus
recalua fronte piloſis humeris ⁊ re-
pandis cruribus diſceptarent: nouiſ
ſime verterunt in eum impetum: Cũ
qꝫ autẽ reſiſteret aquam immũdam
ſuper ipſum proiecerunt qui terſo ca
pite reſpondit. Sciebam inquit poſt
hec tonitrua futura erat pluuia. Itẽ
per patientiam vxores ſuperauit.
Nempe in vxoribus plures ſunt im-
portunitates qua propter prudẽtia
in talibus magna exigitur. Narrat
enim hieronymus vbi ſupra ꝙ mar-
cus catho licet vxorem humili loco
natam accepiſſet. Ipſa tamen vi-
nolenta importuna ⁊ ſuperba erat:

τ cõcludit. Nõ putet igitur aliquis ſi pauperem duxerit ſibi de concordia ſatis ꝓuidiſſe. Item ibidem narrat qualiter philippus rex macedonum vxorem habuit que ipm̄ in cubiculum intro euntē excluſit: qui excluſus iniuriam tolerauit: atqꝫ verſu tragedico ſeipſum conſolari ſtuduit.
Item gorgias librum de concordia edidit quem grecis litigantibus recitauit: ſed cum recitaret quidā eius inimicus dictus melancius reſpōdit Tu inquit vnius regni cōcordiam p̄cipis τ in tua domo tres pſonas concordare nō vales: qꝛ vxor eius eo ꝙ caſtus erat ſibi iniuriabat: τ ancille qꝛ pulchrior erat inimicabat. Et exinde forſan orta eſt cōſuetudo ꝙ ſcꝫ ꝓ quiete habenda vxores nolunt ancillas eis pulchriores tenere. Ex his oībus concludit hiero. ꝙ importunitates ſunt maxime matrimonij. vnde ibidem recitat ꝙ licet epicurus voluptatis amator eſſet. cuidam tamē interroganti an vxorem duceret: reſpōdit ꝙ ſapienti nō cōgruit coniugium qꝛ multa incōmoda mixta ſunt in nuptijs. τ ſubdit. Graue inquit eſt viro ſapienti venire in dubiū: vtrū bonā vel malā vxorē ducturus ſit: qꝛ ſicut ſcribit herodotus mulier cū veſte deponit verecūdiam. vnde hiero. ibidē narrat quō melancius vxorem lꝫ caſtam repudiauit: τ cum argueret ab amicis pedē a lecto tanꝙ leſus eſſet depoſuit dicens. Lectus inꝙ quem cernis nouus τ elegās eſt: ſed nemo ſcit p̄ter me vbi me p̄mit: quaſi diceret ꝙ ſic eſt de vxore. Licet igitur cōmendāda ſint legitima matrimonia caute tamen ſunt contrahenda.

## Ca. xij. de parētibus erga filios.

Sicut dicitur. viij. ethi. Pater filio cā ē eſſendi cauſa nutriēdi τ cā diſcipline. vnde eccl'a. vij. Si filij tibi ſunt erudi illos. τ puer. xxiij. Nolite ſubtrahere a puero diſciplinam. ideo apl's ad hebre. xij. Quis inquit filius quē nō corripit pater. Nempe veteres ſuos filios erudierūt. vnde policratus li. vi. c. iiij. narrat qualiter octauianus imperator filios ſuos ad graduꝫ militarem τ curſum τ ſaltum fecit exercitari: ſuaſqꝫ filias in lanificio fecit inſtrui: τ vt ſi fortuna ſuos filios ac liberos ſuppeditaret: ſaltem ſuis laboribus viuere poſſent. Inſuper tulli. i. de tuſcu. qōnibus narrat qualiter ligurgus ſuis laboribus iuuenes erudiuit venando currendo eſuriendo ſitiendo algendo eſtuando. Nam qui bene inſtruunt in tenera etate quando prouecti ſunt de facili ad bona inclinātur: vt ponit ſeneca li. iij. de ira. Idem etiam libro de ꝓuidentia dat exempla dicens. Quomodo nautis corpora in mari ſunt dura: ſimiliter agricole habent manus duras: τ mi

lites agilia mēbra ⁊ huiuſmodi que
omnia contingunt vſu ⁊ exercitio ac
quiruntur ⁊ ſignanter ſi iuuenes im-
buantur: ideo apoſtolus ad ephe. vi.
dicebat. Educate illos ſcꝫ filios ī di
ſciplina correctiōe dñi. Nunq̇d brutꝰ
ꝓprios filios fecit cedi eo ꝙ tarq̇no
dominatiōe reſiſtere pretendebant:
vt narrat valerius li. v. ca. viij. Nun-
quid caſſius ⁊ manlius torquatus a
liiq̇ꝫ plures filios correxerunt. Cur
igitur patres filiorum crimina ſup-
portant. Narrat enim aug. v. de ciui.
dei. c. xviij. qualiter aulus filium ſuū
mortis ſupplicio cōdemnauit eo ꝙ
cum catilina inimico ſuo amicitiā cō
traxit. Horum tamen feritas nō eſt
approbanda: q2 licet filios corripere
bonum ſit: exterminare tamē ſepius
nō licet: q2 tunc paternalis diſcipli-
na prodeſt quando clementia adeſt.
vnde vale. li. v. c. ix. narrat de quodā
cui ſuus filius inſidiabatur qui cum
hoc percepiſſet filiū ſuum in deſertū
duxit: ſibiq̇ꝫ gladiū tradidit ⁊ caput
amputādum obtulit: quod cū vidiſ-
ſet filius gladiuꝫ abiecit dicens. Tu
pater viue: ſed tantū queſo ne meus
erga te amor eo ſit tibi vilior q̄d a pe
nitentia oritur. Ecce qualiter patris
dulcedo filium cōuertit. eodem li. c.
vij. narrat. Anthiochus filius ſelen-
chi regis incidit in amorem grauiſſi-
mum ſue nouerce intantū ꝙ morti ꝓ
ximus erat. Cuꝫ igitur medici ꝑpen
diſſent cauſam morbi patri retule-
runt: quod audiens pater propriam
coniugem filio cōceſſit dicens in filio
magnum pudorem fuiſſe: eo ꝙ vſq̇ꝫ
ad mortem amorem diſſimulauerat
Seueritas ergo parentum erga fili
os quandoq̇ꝫ bona nō eſt: ſed corre-
ctio cum clementia ſemper vtilis eſt
Nunc tamen parentes filios corri-
gere pretermittūt. ⁊ ideo quādo ſpe
rant ex eorum operibus letari: tunc
deſolantur. Attendant eniꝫ qualiter
heli a deo punitus fuit: eo ꝙ filios ſu
os corrigere pretermiſerat: vt dicit̄
ꝑmo regum. iij. vnde grego. in dialo
go li. iiij. c. xviij. narrat d̄ puero qui cō
ſueuerat deum blaſphemare patre ꝑ
mittente. ⁊ ideo in ſinu patriſ a demo
ne percuſſus eſt ⁊ interemptus. In-
ſuper boetius li. de diſciplina ſcbola
rium narrat de filio lucrecij qui fuit
abſq̇ꝫ diſciplina nutritus. vnde in a-
leis ⁊ meretricijs operibus totaꝫ v
tam ſuam occupauit: ⁊ a patre ſepiꝰ
us de morte redemptus fuit. nihilo-
minus tandem morti condemnatus
eſt: nec a patre ꝓpter pecuniam redi
mi potuit. Cum lachrimis igitur a
patre oſculum petijt ⁊ cum pater ac
ceſſiſſet naſum illius morſu acutiſſi-
mo ſecuit dicens. Quare meis ꝑmis
erroribus nō obſtitiſti: ſed incaſtiga-
tus euaſi: magiſtri mei documentis
nō obediui: quaſi dicat: quare me nō
caſtigaſti. vnde tul. lib. i. de offi. dicit
ꝙ optima hereditas a patre tradi-
dit quando virtutū ⁊ bonorū moruꝫ

exemplum exhibetur. Sic igit aqui
la valde diligit filios ſuos τ in locis
altiſſimis facit eis niduz ne coluber
violet fetum aut veneno queat noce
re: ſic pater ſuos filios a ꝯſortio pec
catorum debet ſeparare ne ipſorum
exemplo polluant. Hoc enim exem
plum tāgit hiero. ſup iſa. c. vlti. Si
cut igit in nidis aquilarū reperit la
pis pcioſus qui dicit berices. vt po
nit ſolinus. li. viij. c. vi. Sic in vita fi
liorum virtutes reperiunt: dūmodo
nidus eorum ab iſtis inferioribus ſe
paratur. Tunc enī ſeparatur nidus
qñ in iuuentute mala prauaqꝫ ꝯſor
tia vitare filius docetur.

## Ca. xiij. de filijs erga parentes.

Exodi. xx. dicitur. Ho
nora patrez tuum et
matrem tuā quod ē
mandatū primū in p
miſſione vt bene ſit ti
bi. vnde apſus ad ephe. v. Filij obe
dite parētibus veſtris: qz teſte boe.
li. de ꝯſola. Si menti humane inſer
ta eſt boni veriqꝫ cupiditas: tātoma
gis inſertū eſt parentes ſuos filios
honorare: qz ſcz filij debent honora
re parentes. valerius enim li. v. c. iiij.
narrat de quadam filia que matrem
ſuā in carcere nutriuit lacte mamilla
rum ſuarū. Item de alia narrat ibi
dem. Que patrem ſuum in cuſtodia
traditum atqꝫ in vltima etate conſti
tutum tanqꝫ infantem alimonia ſui
pectoris nutriuit. Inſuper ſolinus li
bro. i. circa finem narrat de filia que
inuenta eſt nutriens ab vberibus pa
trem τ in memoriā tanti preconij lo
cus ille conſecratus τ reſeruatus eſt
Poſco igit cuz ſeneca. iij. de benefi.
c. xvi. Ut filij parentes honorēt. In
quiramus tamē an liberi poſſint da
re maiora beneficia parētibus qꝫ ac
ceperint. τ videtur ꝙ nō: qz teſte ariſ
to. Magiſtris τ parētibus nō poſ
ſumus reddere equiualens. Hoc qui
dem etiam cōcludit ſeneca vbi ſupra
vnde ibidem narrat exempluz de ſci
pione qui patrem ſuum in prelio ſer
uauit. τ capitlo. xxiiij. ponit exemplū
de enea qui patrem ſuuz ſeniſſimum
p medium inimicorū atqꝫ ignuz de
tulit. Narrat etiam de quibuſdam iu
uenibus qui per vrbes vacarunt ad
liberandos parētes. Merito igitur
dicitur eccl'aſti. iij. Qui honorat pa
trem ſuū vita viuet longiori. τ ibidē
Qui honorificat matrem ſuaz τ qui
honorat patrem ſuū iocundabitur in
filijs τ in die orationis ſue exaudiet:
Narrat in hyſtoria barlaam τ ioſa
phat ꝙ quidā paterfamilias de vxo
re ſua adultera tres habere filios vi
debatur: ſuecꝫ vxori improperabat
adulterium dicens ꝙ illorum trium
filiorum vnus tantūmodo ſuus erat
ſed quis eſſet declarare nolebat. Cū
qꝫ mortuus fuiſſet filium ſuum legi
timum ſucceſſorem bonorum ſuoruz

dimiſit. ipſi tamen nō nominauit ad iudicium ergo vocati ſunt vt videre- tur quis ille eſſet: iudex igitur ꝓtulit ſententiam: vt qui fortius percuteret in corpus patris mortui cū ſagita il- le obtineret hereditatē. Duo ergo il- lorum cuꝫ ſagitta corpus patris va lidiſſime penetrauerunt: ſed accedēs tertius percutere noluit. ſed cum la- chrymis corpus patris veneratus fuit: ⁊ ideo verus eſſe filius declara- tus eſt. vnde valerius li. v. c. iiij. dicit ꝙ diligere parentes prima lex natu- re eſt. vnde petrus rauēna. Tolle in- quit a ſole radium ⁊ non lucet riuum a fonte ⁊ areſcit ramum ab arbore ⁊ deſiccatur membrum a corpore ⁊ pu treſcit: ſic ſepara filium a deuotione paterna ⁊ iam nō eſt filius ſed eſt col lega illorum de quibus dicitur. vos ex parte dyaboli eſtis. Nunq̄d am- broſius in ſuo exameron narrat qua liter ciconie parentes ſuos nudatos teguntillas fouent ⁊ alimento pa- ſcunt ⁊ in leuatu ſubleuant. ⁊ conclu dit ambroſius. Nō eſt inquit graue quod pietate plenū eſt nec eſt onero- ſum quod ſoluitur nature debito. idō nō recuſant aues patrem paſcere: et tamē ad hoc lex ſcripta nō aſtringit eas nec hoc accipiunt ex precepto ſꝫ gratie naturalis officio. Hec ille. vñ augu. xxij. de ciui. dei. ca. viij. narrat qualiter filij a matre maledicti mem brorum tremorem incurrerunt: ⁊ in eccleſia beati ſtephani ſanati fuerūt.

Commemorandum eſt enim quali- ter ſaluator noſter parentibus obedi uit. iuxta illud luce. ij. Erat autē ſub- ditus illis. O ꝙ̄ mirabile ꝙ de9 ſub- ditus eſt hominibus: qui tamē ange lis dominatur: ſed nō miruꝫ. quoniā teſte apoſtolo ad philip. ij. Humilia uit ſemetipſm factus obediens vſq; ad mortem. Attendamus igiť qua- liter rechabite a domino laudati fue runt: q2 patri ſuo obedierunt: ſcꝫ ipſi ionadab filio rechab a quo rechabi- te dicti ſunt. vnde hiere. xxxv. Nun- quid nō recipietis diſciplinaꝫ vt obe dietis verbis meis preualuerunt ſer mones ionadab filij rechab qui pre- cepit filijs ſuis vt nō biberent vinum ⁊ nō biberunt vſq; ad diem hanc: q2 obediuerūt ꝑcepto patris ſui. Ego aūt locutus ſum ad vos ⁊ nō obedi- ſtis mihi dicit dñs. Filios igitur de- cet parentibus obedire.

Ca. xiiij. de obedientia filiorum erga parentes.

PArentibus poſt deuꝫ maxime obedire tene- mur: q2 exodi. xx. dici- tur. Honora patrem ⁊ matrem tuam ⁊c. et eccl'aſti. iij. Qui honorat patrē ſuum vita viuet longiori. ⁊ ad ephesi. vi. Filij obedite parentibus veſtris. Idem habetur ad colo. iij. Nempe

desiderāda eſt patris benedictio ꝛ ti
menda eſt matris maledictio. vnde
narrat augu.xxij.de ciui.c.viij.ꝙ fue
runt decem fratres quoꝝ ſeptē erāt
maſculi ꝛ tres femine ꝓpter maledi
ctionem matris puniti fuerūt tremo
re membroꝝ horribili quoꝝ duo ſcꝫ
vnus fratrum ꝛ vna ſoroꝝ ſanati fue
runt in eccl'a beati ſtephani. Timen-
da eſt igitur parentū maledictio. Nē
pe teſte valerio.li.v.c.iiij. Prima lex
nature eſt parentes diligere. vñ nar-
rat ibidem de quadā filia que matrē
in carcere cōdemnatam pro capitali
crimine ſuo lacte nutriuit. nam q̄ car
cerem cuſtodiebat filiā matrem adi-
re permittebat. ꝓuidebat tamen ne
cibum ſibi portaret. Cumq; tamē cu
ſtos miraretur q̄uo abſq; cibo ma-
ter incarcerata tamdiu viueret: vice
quadam filiā explorauit ꝛ vidit qua-
liter ſue matri lac exhibebat. Retulit
igitur iudicibus qui audientes tan-
tam filie pietatē ſue matri penam re
miſerunt. vnde valeri. vbi ſupra nar-
rat de filio creſi qui mutus erat. cuꝫ
tñ vnus ex numero perſarum patreꝫ
ſuum interficere vellet: lugebat ille
eo ꝙ dicere non poterat eo ꝙ pater
ſuus rex erat ne ipm̄ interficeret. Ac
cidit igitur vt qui mutus fuerat loq̄
ꝓmereret' rōne pietatis quam erga
patrem habuerat. Prima inquit va-
lerius. Et optima rerū natura pieta
tis eſt magiſtra. vnde ibidem narrat'
qualiter populi ſcithaꝝ cum darius
in eorum regionem totis viribus re-
gni ſui impetum faceret ipi paulatiꝫ
cedētes ad vltimas aſie ſolitudines
peruenerant: ꝛ interrogati deinde a
dario p legatos quem finē fugiendi
aut quod initium pugnandi facturi
eſſent: reſponderunt ſe nec vrbes vl-
las nec agros cultos pro quibus di
micarent habere. Ceterum cum ad
monumenta parentū ſuorum veniſ-
ſent: darium ſciturum quēadmoduꝫ
ſcithe preliari ſolerent. quo quidem
vno tam pio dictu immanis ꝛ barba
ra gens ab omni ſeueritatis diſcrimi
ne redemit. Narrat inſuper de corio
lano qui exulatus a romanis ad vol
ſcos romanorum inimicos iuit. quo-
rum imperiū acquiſiuit ꝛ romanis in
feſtiſſimus fuit: cum quibus federa-
ri nullis precibus valuit: quod videns
eius mater que rome manebat acceſ
ſit cum filijs quā ſupplicantem exau
diuit atq; caſtra que poſſidebat ma-
tri petenti exhibuit dicēs. Expugna
ſti ꝛ viciſti iram meam patria preci-
bus huius admotis: cuius vtero te
ꝗuis merito mihi inuiſam dono con
tinuoq; agrum romanuꝫ hoſtilibus
armis liberauit. Ex his igitur narra
tionibus patet qualiter filij parētes
tueri tenentur. Ad quod propoſituꝫ
ſeneca.iij.de beneficijs.ca.xvi.querit
An liberi ſuis parentibus ad condi-
gnum q̄ ſuſceperūt beneficia: bñficia
reddere poſſint: et declarans hanc
queſtionem concludere videt' ꝙ nō

eſt poſſibile. vnde ponit exempla de
ſcipione de enea de quibus in prece-
denti ca. Etenim natura vnūquenqꝫ
obligat vt parentes tueat᷑. nam vt
ponit ambro. in ſuo examerō omelia
v. Ciconie ſunt huius ꝯditionis ⁊c. ſi
cut prefertur in alio capitulo.

### Ca. xv. de mulieribus.

DOminus naturaliter
in muliere verecūdiaꝫ
poſuit vt ipa ad pec-
catuꝫ ꝓuocare formi
det: viroqꝫ vt famule
tur cōdita eſt nō quidē vt ſibi inſidie
tur. ipe tñ ſui ſtatus neglecto more fi
ctis blandimētis adulatiōibus ⁊ nu-
tibus viroꝝ excidiū ꝓcurant ⁊ ſcāda
dalum ignominioſum iugiter gigne
re ſollicitant᷑. vnde hiero. epl'a. xviij.
loquit᷑. Illi oculos xp̄ianos ſcandali
zant qui ſpurciſſimo vnguēto facieꝫ
vngunt: oculoſqꝫ depingunt quoꝝ
facies nimio candore deformes ſunt
⁊ tanꝙ idola mentiunt᷑. Ipas enim
nec annoꝝ numer⁹ nec alia vetuſtas
docere pōt ꝙ vetule ſint ⁊ capillos
cū ꝑdiderint alienis capillis verticē
ornant ⁊ p̄teritam iuuentutē in rugꝫ
annilibus polluunt. Erubeſcat igit᷑
mulier chriſtiana ſi naturaꝫ cogat in
decorem ſi carnis curā facit in concu
piſcentijs. O ignis iuuenū fomenta
libidinū impudiceqꝫ mentis excidiū
eſt ornatus iſte. nec eſt velamen xp̄i
ſed antichriſti: vt idem hiero. epiſto-
la. xciiij. vnde ambro. in ſuo examerō
vltima omelia. Noli delere picturaꝫ
dei ⁊ aſſumere picturā meretricis. Il-
la pictura vitij eſt nō decoris: fraudiſ
nō ſimplicitatis fallit decipit vt neqꝫ
illi placeas cui placer᷑ deſideras tuo
qꝫ diſplices actori dum videt opus
ſuum deletū. Nam artifex indignat᷑
ſi opus ſuū deleatur. Graue igit᷑ cri
men eſt vt putes ꝙ melius depigat
homo ꝙ deus. vnde guil. pariſiēſis
li. de vniuerſo narrat de quadā mulie
re que dum inſiſteret pectinationi at
qꝫ curioſitati capilloꝝ alia quedam
mulier ſibi apparuit dicens ꝙ maxi-
muꝫ cruciatū tolerabat: qꝛ huiuſmo
di curioſitati dum viueret inſiſtebat
Non igitur in talibus ſed in virtuti-
bus creſcere debent: vt noīe ꝑpetuo
hereditari poſſint. Debent eſſe caſte
ſobrie ⁊ taciturne. vnde vale. li. ij. c. i.
narrat ꝙ mulieribus olim vſus vini
ignotus fuit ne in aliud dedecus la-
berentur. vnde eccleſi. xxvi. Mulier
ebrioſa ira magna ⁊ cōtumelia ⁊ tur
pitudo eius nō teget᷑. Nunc tamē il-
lud ſene. epl'a. cxcix. verificat᷑ dicentꝫ.
Mulieres nō minus viris potant.
quinimo oleo ⁊ mero viros ꝓuocāt
ſuiqꝫ ſexus beneficium ſuis veneficiis
ꝑdiderunt: ⁊ quod feminaꝝ eſt exue
runt moribuſqꝫ virilibus implicate
ſunt. Quāobrem valerius li. ij. c. i. di-
cit ꝙ ab exceſſibus cauere debent:
quia ventrē plenū ſequitur voluptas

Ideo teſte hierony. epiſtola. xxxvij.
Viri antiquitus cauebant ne vinum
biberent. vnde valerius lib. vi. ca. iij.
narrat ꝙ regnatus metellus vxorē
fuſte percuſſaꝫ interemit: eo ꝙ vinū
bibiſſet: nec tamen exinde reprehen-
ſus fuit: qꝛ iuſtum omnes eſtimabāt
illam deberi violenter mori que ſobri
etatem debitaꝫ violauerat. vnde au
guſtinus. ix. confeſſio. narrat quomo
do decrepita quedam mulier ſuam
filiam adhuc puellam regebat cum
maximo moderamine vt ſobrietatis
impoſterū cōſuetudo ſibi maneret. ⁊
ibidē q̄uo cū mater ſua quadā vice a
moderamine ſolito receſſiſſet eius an
cilla eam redarguit: et eam meribi-
bulam vocauit quo audito ſtimulo
percuſſa ſuam feditatem reſpexit: ⁊
exinde abſtinuit. Animaduertant igi
tur mulieres vt ſobrietate floreant. ⁊
exinde pudicitia que ipſis congruit
polleant. vnde eccl'aſti. xxvi. Sicut
ſol oriens in mundo in altiſſimis dei
eſt principium: ſic mulieris bone ſpe
cies in ornamentis domus ſue: quo-
niam gratia ſuper gratiā mulier ſan
cta ⁊ pudorata: vt ibidem dicit. At-
tendamus enim q̄to affectu veteres
caſtitatē amauerunt. Nam gradus
maximus abuſionis eſt femina ſine
pudicitia. vnde ſicut prudentia cuſto
dit virum ſic pudicitia feminam. nar
rat enim valerius lib. vi. ca. i. de plu-
ribus mulieribus que maluerūt ꝑde
re vitam ꝙ pudicitiā. vñ greca q̄daꝫ
femina hyppō noīe cum hoſtiū claſ-
ſe eſſet excepta in mare ſe vt morte
pudicitiam tueretur abiecit. Et ideo
apud grecos laudibus ⁊ ſepulchro
extolli meruit. Narrat inſuꝑ de quo-
dam qui filiam ſuam interfecit eo ꝙ
appius claudius violēter ad ſtuprū
ipſam inducere volebat. Malebat
enim publice filie eſſe interemptor ꝙ
pater corrupte. vnde ambroſius de
virginitate ca. iij. narrat de pelagia
que cum eſſet apud anthiochum eta
tis. xv. annorum ⁊ predonibus circū
ſeptam ſe videret matre abſente ſuiſ
ꝗ ſociabus in aquam ſe ꝓiecit ma-
lens mori ꝙ violari. Et licet non de-
ceat pro pudicitia ſeipſum interime-
re: nihilominus laudandi ſunt vete-
res in hoc ꝙ pudicitiam tantuꝫ ama
uerunt. Tradit enim auguſtinus li-
bro. i. de ciui. dei. ca. xvi. ꝙ pudicitia
eſt virtus mentis que nō poteſt inui-
te auferri. Si ergo corpus violenter
contaminetur. nihilominus pudici-
tia manet: dummodo mens integra
fuerit. Pro pudicitia igitur p̄dicte
mulieres ſeipſas interficere nō debe-
ant: niſi forſan inſpirate hoc fecerint
ꝓut tangit auguſtinus vbi ſupra ca
pi. xxv. vnde ſic ait de feminis que in
flumine ſe p̄cipitauerunt. Aut hoc fe
cerunt humanitus decepte: ⁊ ſic er-
rauerunt: aut diuinitus inſpirate: et
ſic obedierunt: quicquid ſit tamen in
hoc commendabiles fuerunt ꝙ pu-
dicitiam dilexerunt. Animaduerten

dum etiam ꝙ pro zelo pagani pudici-
tiam ſeruauerunt. Narrat enim ſoli-
nus libro. viij. ca. xv. ꝙ in india que-
dam eſt regio in qua nulla libido in-
uenitur: atq; petulantiam eſſe igno-
rant homines: itaq; nulla ſunt coniu-
gia: nulliq; homines ibi naſcuntur.
⁊ tamen ibidē plurimi homines cō
morantur. nullus tamen ibi admitti-
tur: niſi caſtitatis meritum ꝓſequat
⁊ caſtitatem ſi quis nō ſeruauerit a
predicta regione ſubmouetur: atq;
perpetuo exilio datur. Inſuper vale
rius libro. vi. ca. pmo narrat quomo-
do primenius triſti exemplo filie ſue
precepit ꝙ nō ſolum virginitatem il
libatam. ſed etiam oſcula ſincera ad
virum preferre debet. Ceterum hie-
ronymus contra iouinianum recitat
qualiter diullius vxorem tante con-
tinentie duxit vt omnibus continen-
tibus eſſet exemplum. Accidit igitur
ꝙ his iam ſenex ⁊ trementi corpore
in quodam iurgio audiuit explorari
ſibi ꝙ os fetidum haberet: quo audi
to ad vxorem acceſſit ipam redargu-
ens: cur ſibi hoc nō intimaſſet: que re
ſpondit. Feciſſem inquit niſi putaſ-
ſem omnibus viris ſic os olere. Ec-
ce quāta pudicitia mulieris que nun
ꝗ alterius viri flatum ſenſit.

## Capitulum decimumſextum de virginibus.

Virginitas nomen ho-
norabile eſt ſtat⁹ mun
dus vita quoq; virgi-
nea angelos imitatur
Unde virginitatis ex
emplū ab antiquis ſuſcepimus qm̄
plures ſm carnē viuere intantū con-
tempſerunt ꝙ maluerūt mori ꝙ obe
dire carni. vnde in libello qui intitula
tur de virginibus legitur ꝙ apud ro
manos virgines que ſm carnē viue-
re contēpſerunt maxime reputatōis
apud eos extiterunt. vnde ibidē nar-
ratur de quibuſdā filiabus quaꝝ ma
ter dicta fuit cedaſa que cū abſente
patre duos iuuenes ꝑtereuntes iure
hoſpitalitatis ſuſcepiſſet: ipi quoq;
iuuenes honoꝝ filiaꝝ nō indulſerunt
ſed dictis filiabus virginibus nocte
violentiam intulerunt. Quāobrem
ꝑdicte virgines mutuis mucronibus
ſeu gladijs ſe cōciderunt. Narrat in
ſup ꝙ thebana virgo quā hoſtis ma
cedo. corrupat aliquātulū diſſimula
uit violētie ſibi facte deſolatorē. nihil
ominus tandē ſuū violatorē iugula-
uit. ⁊ moꝝ gladio ſeipam īterfecit no
lens ꝑdita virginitate ducere vitam
qd exēpla iſta deſignant niſi ꝙ carni
nō eſt aſſentiendū. quinimo meli⁹ fo-
ret a pñti vita migrare ꝙ ī deſiderijs
carnalibus vitā ducere. ideo apl'us
ad ro. viij. dicebat. Qui in carne ſunt
deo placere non pñt. ⁊ gala. v. Spū
ambulate ⁊ dſideria carnis nō pficie
tis. vñ augu. Viuentes in carne pter

carnem angelos vocat li.ſuo de ſan-
cta virginitate dicens. Sicut fami-
liam angelorum deus habet in celis
ſic etiam familiam virginum voluit
habere in terris. Illi enim angeli ſunt
qui nõ ſm carnem viuunt. ideo hiero
nymus ad euſtochiũ dicit. Statim
vt dei filius ingreſſus eſt ſuper terrã
nouam familiã ſibi elegit: vt qui ab
angelis adorabat in celis: haberet
etiam angelos. ſcz virgines in terris
Quapropter auguſtinus de doctri-
na chriſtiana li.iiij. dicit ꝙ virgines
ſunt illuſtrior portio gregis chriſti.
Iſti enim virgines dici poſſunt qui
nõ ſm carnem viuunt: ſed qui carnẽ
ſpiritui ſubijciunt. vnde. ij. corinthi. x.
In carne ambulantes nõ ſm carnez
militamus. Quid enim prodeſt viro
ſeu femine ſi ſua voluptate eam puri
tatem tollat per quam reginam celo
rum imitatur. ſcz mariam. Laudabi
lis eſt igitur virginitas ſed nec ſuffi-
cit ipſa niſi bonis operibus illuſtret.
Nam in euangelio virgines quinqꝫ
fatue leguntur. ⁊ ideo ex ſua virgini-
tate introitum ad ianuam celeſtem
meruiſſe non creduntur. Pulchrum
eſt ergo ſi virgo ſis: ſed multo pul-
chrius ſi cũ virginitate operibus floreas
ſacris: nũc orationi: nunc meditatiõi
mẽtem ſedule exponẽdo. Nam teſte
hierony. ad euſtochium. Virgo de-
bet eſſe orationibus ſacris virtuoſiſ-
qꝫ laboribus occupata. Ex epiſtola
lxxvij. ad demetrium ſic dicebat.
Debet inquit virgo eſſe quieta: hone-
ſtaqꝫ ſocietate cõmitata nõ vaga di-
ſcurrens per patrias. exemplo marie
quam inuenit angelus in cubiculo.
Sit autem ſermo virginis prudens.
modeſtus ⁊ rarus nõ eloquentia ſz
pudore precioſus: ſit humilis geſtu.
qꝛ per humilitatem placuit deo vir-
go maria. Nam virginitas ſine hac
minus laudanda eſt: qꝛ teſte ambro.
libro de virginitate. Virginitas ſup
greditur nature humane conditionẽ
per quam homines angelis aſſimulã
tur. Unde apoſtolus. i. corinthi. vij.
Virgo cogitat que domini ſunt: vt
ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu. hierony-
mus alloquens matrem de inſtitu-
tione filie epiſtola. lxxix. dicebat.
Reddat inquit tibi quotidie penſum
de ſcripturarum floribus. ⁊ poſt aſ-
ſueſcat ad orationes ⁊ pſalmos no-
cte cõſurgere mane canere hymnos
⁊ ſequitur. Diſcat lanam facere tene
re colum rotare filum ⁊ tenere fuſuz
⁊ ſimilia. Nam virginitas in talibus
conſeruatur. nam vt idez dicit ad eu
ſtochium. Virginitas theſaurus eſt
irrecuperabilis. Caueas igitur vt d̃
te dicat deus virgo cecidit ⁊ nõ eſt q̃
ſuſcitet: ⁊ cum omnia deus poſſit ſu-
ſcitare: tamen virginem non poteſt.
Si igitur ad theſaurum recuperabi
lem cuſtodiendum ſolliciti ſunt ho-
mines: potius de virginitate ſeruan
da ſolliciti eſſe debent. Non igitur d
ſcurrant: quoniã teſte grego. omelia

xij. depredari deſiderat qui theſaurum in via publice portat. Solitarie ergo maneant: quoniam ſicut dicitur iob. xxxiiij. Per noctem adulter oculos quaſi fur obſeruat caliginē Nempe olim virgines ſollicitaȝ ſue virginitatis cuſtodiam habuerunt. vnde ambroſius libro. ij. de virginitate narrat de quadam virgine que fuit antbiochie cui⁹ pulchritudo appetebatur. vnde violenter ad lupanar introducta fuit: que cum ibi fuiſſet flebat, et orabat dicens. Domine qui dediſti virginibus leones domare: nunc da mihi vt mentes hominū domare poſſim: ne violetur exiguuȝ templum tuum ne etiam patiaris inceſtum. Cum igitur orationem compleuiſſet ecce miles introiuit. Ne inquit timeas quoniam ſuperueni ſaluare animam tuam. Mutemus inquit veſtimenta vt tua veſtis me faciat verum militem. Unde ſic factuȝ eſt: vt v̓go veſtem militis accepit: ⁊ ſic euaſit ⁊ miles loco eius cum veſte muliebri ibi remāſit. Cum igitur alius ingrederetur ⁊ loco puelle virum inueniſſet alijs nunciauit ⁊ loco virginis miles condemnatus fuit ad mortem: quod cum audiſſet puella feſtinanter cucurrit ad locum ſupplicij que pro ipo mori contendebat et ecōuerſo miles pro ea. Itaqȝ ambo contenderūt: ⁊ martyrij palmam ſuſceperunt. Inſuper ambroſius libro iij. narrat qualiter beata zothenis cū eſſet pulcherrima gaudebat ſuaȝ faciem martyrio fedari ne temptationis occaſio exiſteret. Ceterū de beata brigida legitur ꝙ cum pater eius cuidam nobili vellet deſponſare: ipa orauit vt aliqua deformitas ſibi contingeret ratione cuius coniugium vitaret, ipaqȝ orante vnus eius oculus crepuit quod videns pater permiſit ipam velari ⁊ ad dei cultum deputari ⁊ oculus eius ſanatus eſt. Inſup de pluribus alijs ſimiliter legimus que licet viros ſecum haberēt: nihilominus virginitatem obſeruauerunt. vnde in libro qui dicitur paradiſus legitur de quadam virgine que dicebatur iuliana que videns originem metuentem ſeditiones paganorum fugientem per biennium ipm ſuſcepit ⁊ celauit, neceſſariaqȝ miniſtrauit Narrat inſuper hieronymus epiſtola. xlv. de quadam vigine que a beato martino noluit videri: cum tamē ipam deſideraret viſitare tanꝙ moribus ⁊ charitate precelſam. Unde ipa beato martino per feneſtrulam dixit. Ora inquit pro me: quia a viro nunꝙ ſum viſitata. Gratias itaqȝ egit ſanctus martinus eamqȝ benedixit. Narrat inſuper hieronymus epiſtola. lxxxix. qualiter cuiuſdam virginis patrinus cepit habitum virginis: vt virginis mentem permutare poſſet. Volebat enim ꝙ nuberet: ſȝ eadem nocte apparuit angelus minas inferens dicens. Quomodo in

quit auſus es viri imperium prefer-
re chriſto. Nam virgines chriſti ſpõ
ſe ſunt. Namq̧ virginitas deo dedi
cata eſt. vnde apoca. xiiij. Virgines
ſunt ⁊ ſequuntur agnum quocunq̧
ierit. ſuper quo auguſtinus libro de
bono virginali. Gaudia inquit virgi
num ſunt de chriſto in chriſto cũ chri
ſto per chriſtum poſt chriſtum. ⁊ idẽ
auguſtinus epiſtola. cxviij. Beatius
eſt inquit carne imitari vitam ange-
lorum ꝙ ex carne augere numerum
mortalium. Nam vberior eſt felici-
tas mente grandeſcere ꝙ vẽtre gra-
ueſcere: orationibuſq̧ celum parturi
re ꝙ in viſceribus fetum enutrire. vn
de gregorius dialogo lib. iiij. de vir-
ginibus narrat qualiter deo placue-
runt. Nam de tharſilla narrat quali-
ter duas ſorores habebat que cum
viſitarent ipſam ait. Recedite inquit
quia ſponſus meus ſcilicet ieſus ve-
nit. Ibidem etiam narrat de quadaz
puella que dicebatur muſa: cui bea-
ta v̾go cum puero apparuit querẽs
ab ea an ſibi ſeruire vellet: que reſpõ
dit ꝙ ſic. Tunc beata virgo ſibi pre-
cepit: vt omnes mores pueriles di-
mitteret que ſic fecit: ⁊ ad tantã ma
turitatem deuoluta eſt: vt virginum
exemplar efficeretur. Ex his igitur
patet quãtis laudibus olim virgini-
tas floruit. Nam deutronomij. xxij.
Precipitur virgo corrupta lapida-
ri: niſi pro violentia clamaſſet. Inſu-
per apud ſaxones lex fuit oliz: vt vir-
go ſponte deflorata viua ſepeliretur
⁊ violator ſuper ipſam ſuſpendi debe
bat. Item apud barbaros lex fuit vt
virgo fornicaria ſeu ſponte grauida-
ta de monte altiſſimo precipitaretur
eiuſq̧ violator capite truncaret. In
ſuper in prologo hyſtorie romanorũ
legitur de quadam: que cum genuiſ-
ſet filios ſm legem viua fuit ſepulta
Ex quibus omnibus ſatis patet ꝙ-
to ſtudio virgines ſe cuſtodire debe-
bant. Nunc tamen blandicijs: nunc
muneribus ſeducũtur. vnde ambro-
ſius libro primo de virginita. narrat
de quadam virgine pythagorea que
tante fuit conſtantie: vt tormentis nõ
poſſet vinci. Unde cum interrogare-
tur a quodam tyranno de quodam
ſecreto reuelando linguam ſuã mor-
ſu abſcidit vt reſpondendi cauſaz nõ
haberet. Ipſa tamen que vinci non
potuit tormentis: poſtmodum victa
fuit muneribus ⁊ que prius ꝑreua-
lebat animo poſtmodum erubuit tu
meſcente vtero.

Capitulum decimumſeptimũ
de viduis.

V Iduales ſtat⁹ ſimplex
⁊ modeſtus eſſe deb3
⁊ virum bonum ſi ha-
buerit caueat ne mu-
tet fortunam: ſi autez
prauum cõſimilem inuenire timeat.
plurimas autem oppoſite conditio-

nis viduas vidimus: qꝛ ꝛ ſi virũ peſſimum habuerint mox poſt mortem illius ad alium currunt. ſi vero bonũ habuerint illius facilime obliuiſcuntur ꝛ alium habere ſtudioſiſſimum ſollicitantur. Veterum enim exempla vtinam animaduerterent. Unde hieronymus cõtra iouinianum libro pͥmo narrat de marcia catbonis filia que cum lugeret virum matrone ab ea petiuerunt quem diem haberet luctus vltimum: reſpondit quem ꝛ vite. De alio ergo viro non cogitabat. Ibidem etiam narrat de annia. Quam cuꝫ propinquus moneret vt alteri nuberet dicens ꝙ ſua etas nuptui conuenebat. Ipſa tamen reſpõdit hoc inquit nequaquam faciaꝫ: qꝛ ſi bonum virum inuenero: vt ante habui nolo timere ne perdam. ſi v̇o malum quid neceſſe eſt poſt bonum peſſimum ſuſtinere. Narrat inſuper de marcella maiore que interrogata a matre ſua gaudetet ne ſe nupſiſſe: reſpondit: ita valde vt amplius nolim Narrat etenim de valeria macellaruꝫ ſorore ꝙ amiſſo ſeruio viro nulli vvluit nubere: ꝛ cũ interrogaret̄ cur hoc faceret ait ſibi ſemper maritum ſeruium viuere. Attendant autem vidue quoniaꝫ anna fuit vidua ab adoleſcentia ſua: ꝛ nõ recedabat de templo diebus necꝫ noctibus. Nunquid etiam vidua ſarreptana pro ſalute filiorum famen tolerauit necꝫ virum queſiuit: vt patet tertio regum. xvij. Nunquid celebris vidua fuit iudith His igitur attentis dicit hieronymus vbi ſupra loquendo vidue: quid anguſtiarum habent nuptie didiciſti: ꝛ quaſi cum canibus vſcꝫ ad nauſeam ſaturata es. Quid igitur vis tibi rurſum ingredi quod noxium eſt. Nam bruta ſeu aues in eadem retia nõ incidunt. quid igitur petis. ꝛ ſubdit. Imitare potius ſanctam matrē ieſu chriſti. Vidua enim que non poteſt continere vł non vult marituꝫ potius accipiat ꝙ dyabolum. itacꝫ hieronymus deteſtatur ſecunda matrimonia: niſi magna iuuentus fuerit. ꝛ ideo apoſtolus primo thymo. v. Volo inquit adoleſcentulas ꝛ iuniores nubere. Ceterum hieronymus epiſtola. xcvi. narrat de quodam viro qui ſepelierat. xx. vxores ꝛ poſtmodum accepit mulierꝫ que habuit viginti maritos. Cumcꝫ ergo fuiſſent matrimonio copulati: totus romanus populus inſtanter aſtabat videre quis eorum vinceret. Maritus tamē vicit ꝛ totus vrbis populo cõfluente coronatus eſt ꝛ palmam in manibus tenebat clamans. O mea vxor nube nunc cum feretro. Et ideo hieronymus viduam alloquendo dicit. Obſecro ĩquit tibi ſufficiat quod perdidiſti primũ virginitatis gradũ ꝛ ꝑ tertium ſcꝫ coniugium veniſti ad ſecũdum ſcilicet viduitatem. vnde licet coniugium precedat viduitatem tpe: nõ tamen caſtitate. Item hiero.

epiſtola.xcv. Caueas inquit ne iux-
ta te ambulet procurator vel hiſtrio
nō iuuenis nitidus. ſed habeto tecū
viduarum ⁊ virginum choros: tuiq
ſexus ſolacia quere ſit in manibus
tuis diuina lectio: ⁊ in ore deuota o-
ratio: vt adoleſcentie cogitationes
huiuſmodi clipeo repellantur. Unde
ardentes dyaboli ſagitte ieiuniorū
⁊ vigiliarū frigore reſtringēde ſunt
Ceterum animaduertamus narra-
tionem ambroſij in ſuo exameron o-
melia quinta qui narrat de turture ꝙ
ſi perdiderit comparem iterare con-
iunctionem recuſat. Diſcite ergo mu
lieres inquit ambroſius. Quante ſit
dignitatis viduitatis gradus que
etiam in auibus predicatur. Meli-
us eſt tamen nubere ꝙ vri id eſt for
nicari. ideo hieronym⁹ epiſtola.xcv.
Tolle quod peius eſt ⁊ ſuſcipe quod
per ſe bonum nō eſt ſcz nubere ⁊ lo-
quitur vidue.

Ephigramma ad huius ope-
ris conſpectorem.

Iſtuc clarorum contendunt dogma
ta patrum.
Doctos atq bonos: vt faciāt
homines.
At quom non leuiter poſſit percur-
rere quiſquam.
Auctores cunctos multa ne-
glecta manent.
Omnia doctorum quo ergo docu-
menta legantur.
Hunc iacobus magni condi-
dit ecce librum.
Tu quoq ſi bonus eſſe velis ſapiēſ-
q videri.
Quod manibus tractas diſce
ſophologium.
Quicquid enim veterum tetigit pre
ceptio digna.
Mille voluminibus claudit
hoc opere.

Jacobi magni ſophologium fi
nit feliciter.

Anno dn̄i milleſimo.cccc.lxxxxv.
die.xxvi. menſis iulij impreſſum fuit
iſtud ſophologium lugduni per ma-
giſtrum Johannē de vingle.


Jehan de vingle.
I·V·